



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quo tractatur de Ministro Sacramento Pœnitentiæ. Item de Sacramentis
Extrema Unctionis, & Ordinis

Bosco, Jean a

Lovanii, 1672

Sectio II. De Materia & Forma Ordinationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73429)

SECTIO SECVNDA

De Materia & Forma Ordinationis.

Pramitto singulorum Ordinum Officia, & exprimo ea ipsissimis verbis Pontificalis Romani: *Ostiarium oportet percutere cymbalum & campanam; aperire Ecclesiam; & sacrarium; & librum aperire ei, qui predicat.* Ubi adhuc est in usu, ut concionaturus habeat librum, ante se expositum.

Lectorem oportet legere ea, quae predicat (id est, ea quae populo annuntiat; quoniam non debet ex se, seu ex mente sua dicere, sed ex libro legere) *Et lectiones cantare* (ex omnibus Scripturae, & aliis Sanctorum libris, prout est in divinis officiis consuetum) *Et benedicere panem, & omnes fructus novos, ad usum comedendi juxta Ecclesiae ritum.*

Exorcismam oportet abicere demones, Exorcismis & ritibus ab Ecclesia approbatis, de licentia Superioris, quando id alioqui prohibitum est, sicut solet ab Episcopis & aliis Praelatis prohiberi, ut constat ex praxi. Licet enim hoc officium competat Exorcistae jure ipso divino, & hujus Ordinis institutione, tamen ob rectam gubernationem, & ob hujus ministerii qualitatem, jussu & prudenter licentiam hanc, Praelati exigere possunt.

Sequitur in Pontificali: Et dicere populo, ut qui non communicat, det locum iis, qui communicare volunt. Et aquam in ministerio fundere. id est, preparare, sive deferre, vel offerre Sacerdoti aquam, aut infundere illam in fonte, sive haurire e baptismali fonte, ad hoc ut Sacerdos commode baptizare queat.

Acolythum oportet ceterosarium ferre; luminaria Ecclesia accendere; vinum & aquam ad Eucharistiam ministrare illi, qui infundere debet vinum & aquam in calicem.

Subdiaconum oportet aquam ad ministerium altaris preparare, id est, ad abluendas manus Sacerdotis, dum ministrat; Diacono ministrare pallas altaris & Corporalia abluere; calicem & patenam in usum Sacrificii eidem offerre, & assistere ad infundendum vinum & aquam ex urceolis in calicem, & petere benedictionem aquae a Sacerdote; quam etiam ex Missalis ritu per se Subdiaconus ipse infundit in calicem.

Præterea, officium Subdiaconi est, oblationes populi suscipere, & super altare ponere, quod indicatur in Pontificali hisce verbis: *Oblationes quae veniunt ad altare, panes propositionis vocantur. De ipsi oblationibus tantum debet in altari poni, quantum populo possit sufficere, ne aliquid purissimum in Sactario remaneat.*

Denique, Subdiaconum oportet cantare solemnius Epistolam in Missa, prout Ecclesiae ritus observat, & infra evidenter patebit, ubi de materia & forma hujus Ordinis.

Diaconum oportet ministrare ad altare, proxime Sacerdoti sacrificanti, sub quo includitur solemnius cantare Evangelium; Baptizare solemnius, ex commissione tamen Sacerdotis; Et predicare, non solum per simplicem recitationem Evangelii, aut alicujus homiliae super Evangelium, vel per instructionem Catechumenorum de rudimentis Fidei, sed etiam proprie & solemnius, exemplo Stephani & Philippi Actor. 6. & 8. ex commissione tamen Sacerdotis, & magis Episcopi, ut patet ex praxi Ecclesiae.

Sacerdotem oportet offerre Deo Sacrificium per consecrationem corporis & sanguinis Christi, populoque Sacramentum corporis Domini ministrare; Benedicere populum in fine Missae, aquam ad usum Baptismi, & aquam lustralem ad aspersionem Fidelium; ramos olivarum & palmarum, candelas & ceteros in suis diebus domos Fidelium & novos sponso in nuptiis & alia hujusmodi; Praesse in foro sacramentali, absolvendo poenitentem a peccatis, imponendo ei satisfactionem, aliaque praecipiendo ad salutem animae opportuna; nec non ministrando Sacramentum Extremæ Unctionis; Predicare & baptizare solemnius per se, & non tantum ex commissione.

Denique, *Episcopum oportet iudicare, non tantum in foro sacramentali seu interno, sed etiam externo, dispensando, concedendo Indulgentias, praecipiendo in rebus spiritualibus, & transgressores puniendo poenis, maxime spiritualibus, puta censuris & aliis, ab iisque absolvendo; praeterea, decidendo causas matrimoniales, aliasque Ecclesiasticas; constituendo Parochos, constituendo Confessarios per approbationem & concessionem jurisdictionis &c. Praeterea, officium Episcopi est: Interpretari, id est, predicare; Consecrare templa, altaria, calices &c. Ordinare Sacerdotes & alios inferiores Clericos, immo & superiores, scilicet Episcopos; Offerre, id est, consecrare corpus & sanguinem Christi; Baptizare & confirmare, seu conferre Sacramentum Confirmationis, & per consequens, benedicere seu consecrare ipsum Chrisma, quod est materia Confirmationis.*

Ecce sub brevitate transcurrimus Officia singulorum Ordinum, quae eis in Pontificali attribuantur, reliqua videantur apud Vasquez hęc disps

V u u

1. Officium Ostiarii.

Officium Lectoris.

2. Officium Exorcistae.

Officium Acolythi.

3. Officium Subdiaconi.

4. Officium Diaconi.

Officium Sacerdotis.

5. Officium Episcopi.

disp. 276. cap. 2. & seqq. Interea examinabimus materias & formas essentielles, de quibus nimia est diversitas opinionum, ut patebit ex sequentibus Conclusionibus.

CONCLUSIO I.

Materia Ordinationis, à Christo assignata, est signum sensibile reale, representans gradum conferendum; forma, ejusdem gradus signum vocale. Determinatio in individuo relicta est Ecclesie.

6. **Sacramen.**
Ordinis per-
ficiat rebus
tamquam
materiâ, &
verbis tam-
quam for-
mâ.
Florenti.
Triden.

Omnis in eo conveniunt, quod hoc Sacramentum perficiatur rebus tamquam materiâ, & verbis tamquam formâ, juxta illud Concilii Florentini in Decreto Eugenii: *Hæc omnia Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet, rebus tamquam materiâ, verbis tamquam formâ, & personâ ministri, conferentis Sacramentum, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia.* Quando ergo Tridentinum less 23. c. 3. ait: *Per sacram Ordinationem, qua verbis & signis exterioribus perficitur, gratiam conferri;* per verba intellige formam Sacramenti, per signa exteriora materiam.

7. **Que sint**
iste res &
verba.

Si autem à me queritur, quæ sint ista verba in individuo, & quæ signa exteriora? Concilium Tridentinum nusquam ea vel leviter innuat, quod tamen verisimiliter fecisset, si à Christo immediatè fuissent determinata; ut ergo significaret, illam determinationem in individuo relictam esse Ecclesie, tacuit omnino, supponens diversas determinationes Ecclesie Latinæ & Græcæ, quas non potuit ignorare. Jam enim Concilium Florentinum in Decreto Eugenii pro materia determinaverat, aut certè prius determinatum significaverat, illud, per cujus traditionem confertur Ordo. *Sicut, inquit, Presbyteratus traditur, per calicis cum vino & patene cum pane porrectionem &c.* Pro forma autem Sacerdotii hæc verba: *Accipe potestatem offerendi Sacrificium &c.* cum tamen omnibus notum esset, Græcos neque tali formâ, neque tali materiâ uti.

8. **Non est ve-**
risimile Flo-
rent. voluisse
assignare
materiam &
formam
omnino es-
sentialem.

Proinde non est verisimile, Concilium illam materiam & formam voluisse assignare, tamquam omnino essentialiam, à Christo in individuo determinatam, cum ea non possit esse varia in una & alia Ecclesia, ut patet ex materiis & formis aliorum Sacramentorum, à Christo in individuo determinatis. Hinc præfatum Concilium, ad sopiendam controversiam, ortam ex aliquali varietate formæ Baptismatis in utraque Ecclesia, similiter ex varietate materiæ Eucharisticæ, expressè declaravit, formam Baptisma-

tis utriusque Ecclesie, puta: *Ego te baptizo &c.* Et: *Baptizetur tuis servus &c.* valere. Similiter materiam Eucharisticæ, puta panem azimum & fermentatum.

Igitur si aliqua fuisset controversia tunc temporis de validitate materiæ, & formæ Ordinationis in utraque Ecclesia, sine dubio Concilium ejus saltem meminisset, imo eum desulisset. Sed non meminit, ergo nulla fuit controversia, sed Ecclesia Latina certè judicavit, materiam & formam Græcorum valere, non obstante ejus varietate.

Quod si verum est (ut puto) patet manifestè veritas Conclusionis, cum non sit alia via sustinendi valorem utriusque materiæ & formæ, quàm dicendo, Christum solum exegisse seu instituisse pro forma, signum aliquod vocale, per quod representaretur gradus seu potestas, quæ per hanc vel illam Ordinationem confertur; & pro materia, signum aliquod sensibile reale, ejusdem gradus seu potestatis representativum, saltem ex instituto seu beneplacito hominum; quæ autem illa signa in individuo essent, reliquisset determinationi Ecclesie.

Itaque Concilium Florentinum non assignavit traditionem calicis, & illa verba: *Accipe potestatem &c.* tamquam materiam & formam essentialiam, à Christo immediatè determinatam seu institutam; sed tamquam signa determinata ab Ecclesia Latina ad representandum gradum conferendum, quod sufficiebat, ut esset vera materia & forma.

Quæ utique determinatione posita, sequitur Sacramentum aliter collatum in Ecclesia Latina esse invalidum; quia nullum aliud signum sufficienter representat gradum conferendum defectu institutionis, quàmvis possit representare, si Ecclesia illud institueret.

Hinc appositè dixit Innocentius IV. in cap. Presbyter de Sacramentis non iterandis: *Quibus, quod nisi essent forma postea inventa, signum Ordinatori dicere: Sit Sacerdos, vel alia æquivalentia verba, sed subsequentibus temporibus formæ, quæ servantur, Ecclesia ordinavit. Et ideo jam non sufficeret Ordinatori dicere: Sit Sacerdos.*

Sicuti, nisi Ecclesia ordinasset, matrimonium contrahendum coram Parocho & testibus, sufficeret conjugibus contrahere clandestinè; nunc autem non sufficit; quia contractus obligat, ubi illa ordinatio Ecclesie obligat, non est verus contractus, quem tamen Deus requirit ad Sacramentum Matrimonii.

Et sicuti hic Ecclesia non mutat materiam aut formam Sacramenti, quia non facit, ut verus contractus non sufficiat; sed tantum, ut contractus qui alias esset validus contractus, jam amplius non sit talis; ita etiam in casu proposito, Ecclesia instituendo traditionem calicis, & illa verba: *Accipe potestatem &c.* non mutavit materiam aut formam Sacramenti, à Christo institutum;

Sect. 2. De Materia & Forma Ordinatio. Concl. 1. 523

sed solum efficit, ut quod aliis foret materia & forma, jam amplius non sit, auferendo rationem signi, id est, faciendo, ut quod antea erat signum gradus conferendi, quod signum Christus instituit pro materia & forma Sacramenti, amplius non sit tale signum.

Per homines potest mutari forma Eucharistiae materialiter.

Veluti si mutaret significationem harum vocum: *Hoc est corpus meum*, instituendo *ly Corpus* ad significandum lapidem vel brutum; illae voces non essent amplius forma Eucharistiae, defectu significationis; ergo Ecclesia mutasset ibi formam essentialem Sacramenti à Christo institutam, negatur Consequentia; quia Christus pro forma solum instituit signum vocale praesentiae corporis Christi sub speciebus; quod autem haec voces: *Hoc est corpus meum*, sint tale signum pendet ab institutione hominum, & ideo per homines posset tolli illa significatio, & per consequens, non formaliter, sed materialiter per homines potest mutari forma Eucharistiae.

11. Ubi etiam materia Baptismi.

Atque simili modo etiam materia Baptismi, v. g. aqua naturalis potest mutari materialiter, si ex eo coquatur ceteris; tunc enim liquor, qui antea erat materia Baptismi, jam amplius non est materia, quia jam non est aqua naturalis; quam Deus instituit pro materia.

Itaque in proposito casu utraque Ecclesia servat formaliter loquendo eandem materiam, & formam Ordinationis, à Christo institutam, licet utatur signis materialiter diversis. Quemadmodum Sacerdos Latinus consecratur panem azimum, & Sacerdos Graecus consecratur panem fermentatum, servant eandem formaliter materiam à Christo institutam, scilicet panem triticum, quamvis materialiter diversam; idemque cernitur in consecrationibus diversorum vinorum.

12. An in Ecclesia Latina valide quis ordinaretur Sacerdos per solum manuum impositionem.

Si inferas: ergo, saltem valide, posset quis de facto in Ecclesia Latina ordinari Sacerdos per solum manuum impositionem; sicuti valide, quamvis illicitè, potest quis baptizari formam Graecorum; & valide, quamvis illicitè, consecratur panis fermentatus. Immo quilibet Episcopus posset novum signum determinare, per quod valide conferret hoc Sacramentum; sicuti quilibet Sacerdos potest assumere vinum cuiuscumque speciei, quia Christus nullum certae speciei determinavit.

Respondeo primò; fortè valeret Ordinatio, quae fieret in Ecclesia Latina per solum manuum impositionem, dummodo adesset intentio, & conjungeretur forma Graecorum vel simili, significanti totam potestatem seu gradum conferendum. Sed quia de facto id non fit, ideo si per errorem omitteretur traditio calicis cum vino, & patenae cum pane, non valeret Ordinatio, quia quamvis adesset materia, scilicet impositio manuum, vel etiam traditio calicis vacui, & patenae sine pane, quae posset sufficere, tamen deesset forma proportionata aut inten-

tio: nam Episcopus censetur suam intentionem alligare ad eam materiam, quam putat ibi esse, & quae per verba: *Accipe potestatem* &c. proximè determinatur, illa autem est panis & vinum, quae sunt essentialis materia sacrificii.

Quamquam igitur, etiam hodie, in Ecclesia Latina Sacerdoti manus imponantur, ut patet ex infra dicendis; tamen illa sola non sufficit, quia fit sine signo vocali; adeoque absque competenti forma, quae solum profertur in traditione calicis cum vino, & patenae cum pane. Porro in Ecclesia Graeca impositioni manuum conjungitur forma proportionata, ut Conclusionem sequenti videbimus.

Hodie in Ecclesia Latina sola manuum impositio non sufficit.

Respondeo secundò; non sufficit quodlibet signum aptitudinale, sive quaelibet res, quae potest significare gradum conferendum, immo nec quodlibet signum actuale, sed requiritur signum publicum, id est, publica auctoritate institutum; & ideo dicitur in Conclusionem, determinatio signi in individuo relicta non cuilibet in particulari, sed ipsi Ecclesiae, quae est corpus visibile & publicum.

13. Requiritur signum publicum.

Putas, quia signa vocalia seu voces, à quolibet particulari institui possint, & sic instituta esse vera signa sacramentalia? Minimè, inquis; sed haec institutio fieri debet publica auctoritate. Infero ergo; ergo etiam haec auctoritas necessaria est, ut res aliquae fiant signa sacramentalia.

Sicuti ergo si quis particularis per votum *Homo*, vellet significare, *Corpus*, & sic consequenter, non posset validè illis novis signis vocalibus consecrare, nisi accederet publica auctoritas; ita quoque tametsi aliquis in particulari per impositionem manuum, aut traditionem v. g. calicis sine vino, vellet significare potestatem sacerdotalem, non tamen sacramentaliter significaret, nisi illud signum publica auctoritate, id est, ab Ecclesia ad hoc institutum foret.

Aliud sentiendum de pane azimo & fermentato, vino hujus vel illius speciei; nam quod panis azimus sit verus panis, similiter panis fermentatus; uti etiam hoc vel illud vinum, verum vinum, non pendet ab institutione hominum, privata, aut publica, sed ex natura rei provenit.

Hoc ipso ergo, quò Christus determinavit pro materia Eucharistiae talem substantiam, v. g. panem & vinum, quae inventitur in pane azimo & fermentato, & vino cuiuscumque speciei, jam in potestate uniuscujusque est, validè consecrare hunc vel istum panem, hoc vel illud vinum; nec Ecclesia potest consecrationem invalidare, nisi mutando formaliter materiam, quod non est in ejus potestate.

14.

Nam declarat Concilium Tridentinum sess. 21. c. 2. *Hanc potestatem perpetuò in Ecclesia fuisse, ut in Sacramentorum dispensatione, salva illa*

Ecclesia non potest mutare materiam Sacramentorum

V u u 2

Formaliter ex Trident.

rum substantia ea statueret, vel mutaret, qua suscipientium utilitati &c. magis expedire iudicaret. Salvâ, inquam, illorum substantiâ; jam autem non maneret salva substantia Eucharistiæ, si Ecclesia faceret, ut verus panis, aut verum vinum, non esset materia consecrabilis; secus substantia Ordinationis, est Ecclesia nollet amplius consecrare Sacerdotem traditione calicis cum vino, sed per solam manuum impositionem, aut aliud signum, quod institueret ad significandam potestatem sacrificandi, seu gradum Sacerdotii. Tunc enim ista traditio, quæ nunc est signum hujus gradûs, desineret esse tale signum, & impositio manuum, quæ nunc non est tale signum, inciperet esse tale signum.

15. Ut res aliqua quidpiam significet in Sacramento pendet ab institutione publica.

Ceterum ut aliqua res seu actio hoc vel illud significet, pendet ab institutione publica hominum, maxime in Sacramentis, quæ sunt signa publica, per quæ homines conveniunt in unam aliquam societatem sive Ecclesiam; adeoque passim omnibus debent significare, ut proinde minus conveniens videri posset, si in casu proposito determinatio signi in individuo, relicta fuisset voluntati cujusque Episcopi particularis; quamvis alioquin absolute Christus, propter rationes sibi cognitâs, sic facere potuisset, sed ita fecisse non constat; & ideo, quod magis nobis apparet conveniens, factum dicimus, scilicet determinationem illam Christum reliquisse, non cuilibet particulari Episcopo, ne nimia foret diversitas in administratione hujus Sacramenti, sed Ecclesiæ universali.

16. Alia signa sunt instituta pro Latinis, quam pro Græcis.

Hæc vero pro Latinis, alia signa determinavit quam pro Græcis, ut patet ex quotidiana praxi, sciente, & non contradicente, immo positive consentiente summo Pontifice; nam adhuc hodie Græcos, & Græco more ordinatos Sacerdotes; instituit Episcopos & Archiepiscopos, & ad Græcos Catholicos mittit, ut ibi Sacerdotalia & Pontificalia munia obeant.

Bulla Clem. 8.

Enimvero Clemens VIII. anno 1595. edidit quendam instructionem super aliquibus ritibus Græcorum pro Episcopis Latinis, in quorum Duceffibus Græci vel Albanenses, Græco ritu viventes, degunt (estque Bulla trigesima quarta apud Cherubinum) in qua § 7. ita legitur: *Insuper idem Sanctissimus D. N. constituit Romæ habendum esse Episcopum Græcum Catholicum, qui Græcos Episcopis Latinis Italia & Insularum adiacentium subiectos, ab Episcopo Græco ordinari volentes, cum illorum dimissionis ad id tantum concedendis, ritu Græco ordinet.*

Lugo.

Testatur autem Lugo disp. 2. de Sacramentis nu. 85. se Romæ interfuisse hujusmodi Ordinationibus, non per calicis & patenæ porrectionem, sed per manûs impositionem super caput ordinandi. Et sanè non est credibile, quod Pontifex eas permitteret, si forent invalidæ; quia inde nimis multa & gravissima mala & incommoda sequerentur, ut consideranti facile patet. Indubie ergo Pontifex contradice-

ret, cum absque ullo incommodo possit contradicere, & ita hæc omnia mala impedire.

Bene ergo scripsit Gregorius novus cap. 3. de Sacramentis non iterandis: *Presbyter & Diaconus cum ordinantur, manûs impositionem talia corporali (ritu ab Apostolis introducto) recipiunt. Ubi Glossa verb. Ab Apostolis, ait: Apostolicum cum de precepto Spiritus sancti Paulum & Barnabam mitterent ad Evangelium prædicandum Gentibus, manûs eis imposuerunt, & ideo ritu introducto ab Apostolis, Presbyteris & Diaconibus manûs imponitur.*

Ritu, inquam, introducto ab Apostolis, non solum, ut aliqui volunt, quia Apostoli primò omnium illo ritu usi fuerunt; sed etiam, quia ipsi immediate illum ritum instituerunt, alioquin si à Christo immediate fuisset institutus, consequenter fuisset ritus essentialis, & Ordo aliter collatus debuisset iterari, cum tamen contrarium in eodem capite doceat Pontifex dicens: *Quod si omisum fuerit (id est, si Presbyter & Diaconus non receperit manûs impositionem) non est aliquatenus iterandum, sed statuto tempore ad huiusmodi Ordines conferendos, caute supplendum, quod per errorem excusè præmissum.* Ergo supponit Pontifex, illam impositionem manuum hodie non esse omnino necessariam seu essentialem materiam valide Ordinationis. De quo puncto infra adhuc reddet quæstio.

Impræsentiarum pro fine hujus Conclusionis, noto, eam insinuari à Doctore Sabellio, dist. 24. q. unicâ n. 8. in descriptione hujus Sacramenti, ibi: *Facta à ministro idoneo certis verbis profertur, & simul cum intentione debita, ministerium gradûs illius aliquo signo visibili representatur.* Ubi pro forma assignat certa verba, & pro materia signum visibile, representans ministerium gradûs illius, qui confertur.

Cum ergo constet, ut statim videbitur, ista verba, & signa, non esse eadem in Ecclesiâ Latina, & Græca, non apparet melior modus conciliationis, quam dicendo, Christum reliquisse Ecclesiæ suæ determinationem in particulari tam verborum, quam signi visibilis realis, representantis ministerium gradûs, qui confertur.

Sed dicit aliquis: unde constat, quod Ecclesia Græca aliis verbis & signis utatur, quam Ecclesia Latina? Et verò quæ sunt ista quædam verba & signa? Respondeo:

CON.

CONCLUSIO II.

Ecclesia Græca utitur solâ impositione manuum, cum his verbis: Divina gratia &c. Ecclesia Latina utitur traditione instrumentorum, ad ministerium Ordinis pertinentium, cum his verbis: Accipe potestatem &c.

ri. Hucusque Tannerus, cui oportet per singula respondere.

Incipiendo ergo ab ultimo, Respondeo: Bellarminum solum unum librum scripsisse de Ordine; quis ergo sit liber iste, quem citat Tannerus, nescio, fortè est error Typographi. Porro in illo unico libro de Ordine cap. 9. investigans causam, cur Concilium Florentinum ex duabus partibus magis exprimere voluerit porrectionem instrumentorum, quàm impositionem manuum, duplex, inquit, ratio esse potuit. Una; quia intendebat assignare pro materia rem aliquam subsistentem; sicut fecit in Baptismo, Confirmatione, Eucharistia, & Extrema Unctione: res autem subsistens non est impositio manuum; sed calix & patena &c. Altera causa est; quia fortasse Armeni, qui Concilio instruebantur, in hac re errabant; & non in alia. Hæc ille.

21. Resp. ad Bellar.

Ergo Bellarminus pro indubitato habet, Armenos olim errasse, si fortè putarint, solâ manuum impositione Sacerdotium conferri: Negatur Consequentia; quia nullum verbum ibi est, quod significat certitudinem, seu indubitationem, ut sic loquar. Deinde, indubitatum est, Armenos errasse, si fortè putarint in Ecclesia Romana seu Latina solâ manuum impositione Sacerdotium conferri.

Cùm ergo venissent Armeni ad Synodum dicentes, suam Ecclesiam cum Catholica conjugi, ac ipsum Synodi Decretum piè servare velle, optimè fecit Pontifex, eos instruendo & docendo (minimè obligando) ritus, qui in Ecclesia Latina erant in usu, & quasi essentialis pro illa Ecclesia. Ex quo patet, quare non præscripserit panem azimum, quia videlicet ille nequidem in Ecclesia Romana, seu Latina est essentialis, aut quasi essentialis.

Quantum ad librum Græcum, editum Venerit, sub nomine Gabrielis Metropolitanæ Philadelphensis; ejus fides (inquit Dicastyl. tract. 1. de Sacramentis in genere disput. 1. nu. 363.) adhuc non clarè loquentis (ut legenti constabit) non potest obesse consuetudini, quæ constat servari Romæ, ut plurimè, qui viderunt, testantur, inter quos est Logo disp. 2. de Sacramentis nu. 85. qui hujusmodi Ordinationi interfuit, & constitutio citata Clementis VIII. plenè confirmat. Immo ultimò rem totam approbatam audio à nova Congregatione Romæ erecta. Hæc ille.

22. Resp. ad 4. probationem ex Dica. Castillone.

Hujus approbationis meminit Jac. Goar in Notis ad Ordinationem Presbyteri nu. 11. citans Catechismum vulgarem Græcum, & Congregationis de propaganda Fide jussu & expensis Romæ excusum, in quo de Sacramento Ordinis dicitur: Materia huius Sacramenti est impositio manus super caput eorum, qui ordinantur: Forma, id est, verba, quæ Sacramento virtutem conferunt, sunt hæc: Divina gratia, quæ semper infirmam sanat, & quæ desunt implet, promoveat pissimum D.

Jac. Goar. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. Diacon.

19. Oppositum 1. jam Con. et docet Tannerus.

Probatur 1. Probat primò; quia nullus Auctor vel Doctor hunc Græcorum morem refert, nec de eo quidquam disputat, cum tamen de propria Græcorum forma in Baptismo diligenter disputent.

Probatur 2. Probat secundò; si jam olim tanta Græcorum à Latina Ecclesia fuisset in Ordinatione dissensio, id in Concilio Florentino ab utraque parte non fuisset dissimulatum, cum de cæteris rebus, non adeò gravibus, quæstiones motæ fuerint.

Probatur 3. Probat tertio; cum in eodem Concilio in Decreto Fidei pro Armenis, Græcorum aliqui fidem sectantibus, conscripto, expressè declaratum fuerit, calicis, & patenæ porrectione perfici Sacramentum; simulque in eodem Concilio Græci cum Latinis quoad Fidem & Religionem uniti fuerint, non est credibile Græcos quoad hoc Fidei Decretum à Latinis dissensisse.

Probatur 4. Probat quarto; sed nec jam etiam Græcos recentiores universim solâ manuum impositione Sacerdotes ordinare, patet evidenter ex lib. græco de Sacram. Gabrielis Metropolitanæ Philadelphensis, Venetijs edito anno millesimo sexcentesimo, ubi sanè in principio cap. de Sacramento Ordinis sub titulo: De materia sacerdotalis Ordinis, ita dicitur: Est autem materia sacerdotalis ordinis, sacer panis, & certus ille sacrorum vasorum numerus; & reliqua cuiusque Ordinis propria, uti moris est.

Unde manifestum est, etiam apud Græcos recentiores non solâ manuum impositione Ordinem sacerdotalem conferri.

Quod si qui aliter faciunt, eos existimo in Ecclesia Latina non esse tolerandos, nec pro Sacerdotibus habendos, ob supradictum expressum Decretum Concilii Florentini. Sicut etiam Bellarminus lib. 5. c. 9. pro indubitato habet, Armenos olim errasse, si fortè putarint, solâ manuum impositione Sacerdotium confer-

Citat etiam Bellarminum pro 10.

Diaconum in Presbyterum, oremus pro eo, ut veniat super eum gratia sancti Spiritus, & sic de aliis Ordinibus Diaconatu, Subdiaconatu &c.

23.
Liber gram-
maticus, quem
citatur Tan-
nerus, in-
telligi po-
test de ma-
teria acci-
dentali.

Existimo autem magis credendum esse huic Catechismo & testimonio Lugonis, quam isti libro græco, qui intelligi potest de materia accidentali seu ceremoniali; nam etiam Græci tradunt instrumenta, præterquam in Episcopatu, sed illa traditio tantum est ceremonialis; quia sine forma sacramentali proportionata, quæ antea cum impositione manuum adhibita fuit. Simili modo, quo in Ecclesia Latina, post abluitionem in Baptismo, linitur oleo vertex baptizati; quæ unctio tantum est ceremonialis, quia effectus Baptismi per abluitionem & formam: *Ego te baptizo &c.* sufficienter significatus fuit, & per consequens collatus; quia Sacramenta efficiunt, quod significant.

Sic ergo in præsentī calu per solam manū impositionem, & formam jam assignatam, satis superque significatur potestas seu ministerium gradus illius, qui confertur; quidni ergo censeatur debet ex tunc potestas collata? Ac proinde traditio instrumentorum subsequens, non potest esse sacramentalis, sed tantum ceremonialis. Aliud foret, si traditio præcederet formam, estd etiam manū impositio præcederet; tunc quippe per formam utraque ceremonia posset determinari; & per consequens utraque esse essentialis, quàmvis fortè alterutra sufficeret, ut patebit ex progressu.

24.
Resp. ad 1.
2. & 3. pro
bationem.

Prius tamen respondeamus primæ, secundæ & tertie probationi Tannerī supra, & dicamus, plures Auctores & Doctores hunc Græcorum morem referre, ut patet ex Arcudio de Concordia Ecclesiæ Occidentalis & Orientalis lib. 6. Goar supra allegato, Lugone, Dicastillone, Arriaga, Herincx, & aliis recentioribus & antiquioribus.

Et verò Clemens octavus supra, quàmvis expressè non dicat, Græcos ordinare solà manuum impositione, ut patet ex verbis relatis, & ideo non plenè confirmet nostram doctrinam, ut supra perperam dicebat Dicastillo; equidem insinuat magnam differentiam inter morem unius Ecclesiæ & alterius hoc ipso, quod statuit, ut Episcopus Græcus more græco ordinet Græcos, latinis Episcopis subiectos; quid enim opus erat id constituere, si utraque Ecclesia utitur eadem materiâ & formâ essentiali, id est, manuum impositione, & traditione instrumentorum cum illis verbis: *Accipe potestatem &c.*?

25.
Quare non
disputent
Doctores de
hac differ-
entia, ne-
que Florenti-
nus illius me-
morat.

Quod autem non disputent Doctores de hoc more Græcorum, sicuti de forma in Baptismo, neque Florentinum illius differentie meminert, ratio est; quod omnes supposuerint, Græcos uti legitimâ materiâ & formâ in hoc Sacramento, & semper usos fuisse, eò quod Christus non ita in particulari determinaverit hanc materiâ & formam, quàm benè materiâ & formam Baptismi.

Ac proinde tametsi in Concilio Florentino Græci cum Latinis quoad Fidem & Religionem uniti fuerint, adhuc credibile est, Græcos quoad hoc punctum à Latinis dissentisse; quia non est Decretum Fidei, saltem universale, quod Ordo debeat conferri per traditionem instrumentorum, aut per illa verba: *Accipe potestatem &c.* sed solum quod debeat conferri per ista signa, aut alia æquipollentia seu idem significancia; jam autem mandis impositio idem significat apud Græcos, quàmvis non tam explicite, quod traditio instrumentorum apud Latinos, similiter illa verba: *Dirna gratia &c.* idem significant apud Græcos, quod apud Latinos ista: *Accipe potestatem &c.*

Ceterum hic modus ordinandi Græcorum planè consonat Scripturis, ex quibus supra probavimus, Ordinationem esse propriè Sacramentum, De Episcopatu quippe scribit Apostolus 1. Timot. 4. v. 14. *Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum Presbyteri.* De Presbyteratu Act. 14. v. 22. dicitur: *Et cum constitissent per singulas Ecclesias, Presbyteros; græcè: Cum per manū impositionem creasset Presbyteros.* De Diaconatu Act. 6. v. 6. *Et orantes imposuerunt ei manus.* Et generaliter 1. Timot. 5. v. 22. ut Apostolus: *Manus cuius nemini imponatur.*

Consimiliter loquuntur Concilia, Antiochenum Can. 10. de Chorepiscopis: *Quorum manū impositionem Episcoporum perciperint, & Episcopi consecrati sint.* Ancyranum cap. 10. loquitur de Diaconis: *Quicumque sanè tacerent, & perciperent manū impositionem, professi continentur &c.* Item Synodus septima Generalis can. 11. *Nullus efficiatur Lector absque Episcopi manū impositione.* Et infra: *Oportet per manuum impositionem Lectores creare.*

Itaque manuum impositio est quedam generalis ceremonia, quæ possit significare quicumque potestatem seu gradum Ecclesiasticum dummodo forma sit proportionata. Eleganter id expressit Dionysius de Ecclesiastica Hierarchia c. 5. hisce verbis: *Pontificis manū impositio designat hierarchicam protectionem, quæ, tempore sanctos filios, paterno affectu fovet, & statim tutemque sacri Ordinis impartitur, ad veram potestatem procul ab illis abigit: simulque deos consecratos obire sacras omnes Ordinis functiones, tanquam qui sub Deo illas obeant, quem in eorum suarum actionum ducem habent.* Hac ille.

Qui ibidem describit ritum consecrationis Episcopum, Sacerdotem & Diaconum ratiō factâ mentione traditionis calicis, & traditionis instrumentorum, præter librum Scripturarum in Ordinatione Episcopi; unde verissime dicitur tunc temporis apud Græcos, imò & apud Latinos sine traditione instrumentorum, per solam manuum impositionem fuisse ordinatum Presbyterum, & Diaconum; Episcopum autem impositione manuum & Scripturarum.

Sect. 2. De Materia & Forma Ordinat. Concl. 2. 527

Ut proinde merito Græci, Ordinationem simpliciter appellaverint, manuum impositionem.

Itaque manuum impositio est quædam generalis ceremonia, ut jam iam dixi, potens significare quæcumque potestatem Ecclesiasticam, dummodo forma sit proportionata: at verò traditio instrumentorum, non significat, nisi aliquos particulares actus, qui his vel illis instrumentis soleant exerceri; & ideo diversæ sunt traditiones, seu traditiones diversorum instrumentorum in diversis Ordinationibus.

Si autem à me queritur, quæ sint ista diversa instrumenta? Breviter ea recensio ex Pontificali Romano; incipiendo à primo Ordine in executione, scilicet Ostiariatu, de cuius materia & forma exscribo sequentia verba: Deinde Pontifex accipit & tradit omnibus claves Ecclesiæ, quas successive manu dextera singuli tangunt (ecce materia) Pontifex dicens (sequitur forma) Sic agit quasi reddituri Deo rationem pro iis rebus, quæ his clavibus recluduntur.

Hæc desumpta videntur ex Carthag. quarto capite 9. Ostiarius, inquit, quum ordinatur, postquam ab Archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei d. beat conversari, ad suggestionem Archidiaconi, tradat ei Episcopus claves Ecclesiæ de altario, dicens: Sic age quasi redditurus &c.

Hic præcedit instructio Archidiaconi; in Pontificali autem sequitur, & exprimitur hæc verbis: Post hæc Archidiaconus, sive alius Archidiaconi vice fungens, ducit eos ad ostium Ecclesiæ, & facit illos claudere & aperire, tradit etiam eis sanam campanarum faciens eos campanas pulsare.

Sequitur Ordinatio Lectorum, cuius hæc est materia & forma: Pontifex accipit, & tradit omnibus codicem, de quo lecturi sunt, quem manu dextera tangunt, dicens: Accipite & estote verbi Dei relatores, habituri, si fideliter & utiliter impleveritis officium vestrum, potestatem cum iis, qui verbum Dei bene administraverunt ab initio. Ita Pontificale.

Consimiliter Concilium Carthaginense c. 8. Lector quum ordinatur, faciat de illo verbum Episcopus ad plebem, indicans eius fidem, ac vitam, atque ingenium. Post hæc spectante plebe, tradat ei codicem, de quo lecturus est, dicens ad eum: Accipe & esto Lector verbi Dei, habiturus si fideliter & utiliter impleveris officium, partem cum eis, qui verbum Dei ministraverunt.

Tertia Ordinatio est Exorcistarum, quam describit præfatum Concilium cap. 7. dicens: Exorcista quum ordinatur, accipiat de manu Episcopi libellam, in quo scripti sunt Exorcismi, dicente sibi Episcopo: Accipe & commenda memoria & habeto potestatem imponendi manus super energumenos sive baptizatos, sive catechumenos.

Pontificale autem: Pontifex accipit, & tradit omnibus librum, in quo scripti sunt Exorcismi, cuius loco tradi potest Pontificale vel Missale, quem manu dextera tangunt, Pontifex dicente: Accipite & commenda memoria & habeto potestatem imponendi manus super Energumenos sive baptizatos, sive ca-

techumenos. Igitur materia traditio libri Exorcismorum, Pontificalis vel Missalis; forma verò, hæc verba: Accipite & commenda memoria &c.

De Ordine Acolythatus aliqua est differentia inter Concilium Carthaginense & Pontificale. Nam Concilium c. 6. sic inquit: Acolythus quum ordinatur, ab Episcopo quidem doceatur, qualiter in officio suo agere debeat. Sed ab Archidiacono accipiat cerosferarium cum cereo, ut sciat se ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipari. Accipiat & urceolum ad suggerendum vinum in Eucharistiam Sanguinis Christi.

Verum enim verò quoniam Archidiaconus non est minister Sacramenti, & quidquid sit de necessitate absoluta, magis conveniens apparet, ut minister Sacramenti per se applicet materiam, ut patet in Baptismo, Confirmatione, & Extremâ Unctione, quæ Sacramenta non valent, si minister profereas formam, per se ipsum non applicaret materiam; idcirco ad omnem dubitationem tollendam, Pontificale ordinavit, quod hic sequitur: Pontifex accipit & tradit omnibus candelabrum cum candela extincta, quod successive manu dextera singuli tangant, Pontifex dicente: Accipite cerosferarium cum cereo, & sciatis vos ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipari in nomine Domini. Respond. Amen.

Tunc accipit & tradit eis urceolum vacuum, quem similiter tangere debeant, dicens communiter omnibus: Accipite urceolum, ad suggerendum vinum & aquam in Eucharistiam Sanguinis Christi in nomine Domini. Respondent: Amen. Hucusque Pontificale, sicut dixi, ad tollendam omnem ambiguitatem, quàmvis alioquin, et si Archidiaconus traderet instrumenta, adhuc valeret Ordinatio, quia id faceret nomine Episcopi, ut supra vidimus.

Rationem, quare Archidiaconus tradere solet illa instrumenta, assignat Doctor Seraphicus 4. dist. 24 p. 2. dub. 2. circa litteram ibi: Respondeo dicendum; quod potestas traditur ab Episcopo; sed Archidiaconus tradit urceolum, & candelabrum, ut significetur, quod talis ministrat Subdiacono: & primum incipit circa altare ministrare: Archidiaconus autem dicitur Princeps ministerii.

Et quoniam hic duplex traditio est, sive traditio duplicis instrumenti, scilicet candelabri & urceoli, cum verbis proportionatis; disputatur inter Doctores Catholicos, quæ traditio sit materia essentialis, & quæ verba forma essentialis. Triplex est sententia; una pro sola traditione candelabri; secunda pro sola traditione urceoli; tertia pro utraque traditione simul.

Pro prima citatur D. Bonaventura supra dub. 5. Ita Valquez disp. 237. n. 35. & post ipsum Aversa hic q. 2. sect. 4. §. Bonaventura. Sed malè, vel errore Typographi, vel defectu debite inspectionis. Nam dub. 5. non disputatur hæc controversia, sed dub. 2. ubi queritur; quis actus sit principalior, an ministrare de cereo, an ministrare de urceolo.

31. Materia & forma Acolythatus

Pontif. Rom.

32. Quare Archidiaconus tollit fuerit tradere instrumenta in hac Ordinatione ex S. Bonav.

33. An sola traditio candelabri sit materia essentialis secundum D. Bonavent. Valquez. Aversa.

Ad

quæ potest significare quæcumque potestatem Ecclesiasticam.

28. Materia & forma Ostiarii ex Pontif. Ro.

Conc. Carth.

29. Materia & forma Lectorum.

Conc. Carth.

30. Materia & forma Exorcistarum, ex Conc. Carthag.

Pontif. Rom.

Ad quam questionem respondet: Dicendum; quod actus à quo denominatur (Acolythus) est ferre cereos, quia hunc actum habent in quadam completionem; sed actum ministrandi habent in imperfectio-
ne, quantum ad ministracionem aquae. Subdiaconus autem completus hunc actum habet. Alia ratio est; quia in ferendo cereo significatur potestas, quam habet in dando bonum exemplum; & quia hoc est cuiusdam superpositionis, sed in ministracione aquae subiectio; ideo &c.

Ergo secundum D. Bonaventuram materia essentialis, est sola traditio cerei; hoc ex illis verbis praecise non sequitur, ac proinde, nisi subsumperis; atqui, secundum D. Bonaventuram, traditio principalis instrumenti est materia essentialis, & illud probaveris, negatur Consequencia.

34.
Probatur
traditionem
principalis
instrumenti
esse mate-
riam essen-
tialem.

Probo, inquis, Subsumptum; quia loco citato a. 1. q. 4. in corp. sic scribit: Quoniam in Ordine imprimatur character, quod est signaculum ad aliquam potestatem spirituales: hoc pro generali regula habendum est; quod in illo signo exteriori imprimatur character in quolibet Ordine, in quo principalis potestas, quam respicit Ordo, signatur traditio ordinato. Ad hanc autem signandam duo concurrunt exteriorius, scilicet traditio alicuius instrumenti, & expressio verbi, ut sit in signo visibilis, simul & audibilis, significetur dari.

Nec sufficit signum audibile sine visibili, propter hoc, quod aliud verbum, aliud debet respicere signum, ut patet in aliis Sacramentis. Nec sufficit signum sine verbo: quia ad multa potest tale signum, scilicet liber vel illud vas dari: & ideo oportet per verbum archari; & haec duo sunt essentialia & intrinseca Sacramento, & per se constituta Sacramentum. Quoniam enim manus est organum organorum in operando, & lingua in exprimendo, utriusque significatur conferri potestas in officio utriusque: & haec in quolibet Ordine reperitur, secundum quod reperitur & characteris impressio.

Sed quoniam characteres sunt diversi, habentes maiorem dignitatem & minorem secundum gradus potestatem, ideo tam signa, quam verba diversificantur, maxime in Ordinibus sacris, & minoribus. In Ordinibus enim sacris, quoniam datur ibi nobilis potestas & excellens, fit manus impressio, non tantum instrumenti traditio; quoniam manus est organum organorum, in quo scilicet principaliter residet potestas operandi: unde sic ordinabatur in Ecclesia primitiva, ubi non nisi isti duo Ordines explicite erant. Sed in minoribus Ordinibus fit traditio alicuius instrumenti, ut clavis, vel libri, vel Exorcismi &c.

Et si plura instrumenta tradantur uni, illud pro principali habendum est, quod Episcopus tradit cum prolacione verbi: Accipe potestatem. Unde in omissione principalis debet Ordo iterari, quia praesumitur, quod characterem non receperit. Sed in aliis consequentibus, si fiat defectus vel negligentia debens suppleri. Haec tenet Doctor Seraphicus.

35.
Videtur
quod secun-

Cum igitur traditio cerei sit illud signum, in quo principalis potestas, quam respicit Or-

do Acolythus, signatur traditio ordinato, & characteris sit illud instrumentum, quod Episcopus tradit cum prolacione verbi: Accipe potestatem, aut aequivalentis, adeoque instrumentum principale; videtur esse manifesta mens D. Bonaventurae, in traditione cerei imprimi characterem; adeoque esse materiam essentialem, quae omisa Ordo deberet iterari, secus si solum omitteretur traditio urceoli.

Haec sententia est probabilis; sed non placet illis, qui praecipuum ministerium Acolythis putant esse, ministrare vinum & aquam pro Sacramento, qui consequenter tenent secundam sententiam, supra relatum.

Ita docere videtur (inquit Valquez supra n. 33. & 34.) S. Thomas in 4. dist. 25. q. 1. ad art. 1. ad 2. asserit enim, Acolythum accipere de manu Archidiaconi utrumque, nempe & urceolum, & urceolum; ordinari tamen debet recipere characterem ex verbis Episcopi, & hoc hoc, quod accipit praedicta ab Archidiacono, sed praecipue, quia accipit urceolum, quae verba citantur à Sylvestro in Sum. verb. Ord. 2. q. 4. pro sua sententia, qui asserit, in sola acceptio-
ne urceoli, cum forma illa verborum, fieri Ordinationem; & characterem imprimi, cuius tamen id non dicit S. Doctor; solum enim dicit, praecipue in receptione urceoli; non tamen dicit in sola receptione illius. Citat quoque eundem S. Tho. in 4. dist. 24. q. 2. a. 3. ad 4. qui tamen id non asserit. Ita Valquez.

Sed mihi videtur, satis clarè id ibi allegari. Subscribo eius verba: Ad sextum dicendum, quod principalior actus Acolythis est, quo ministrat in urceolo, quam quo ministrat in candelabro, quoniam denominatur ab actu secundario, propter hoc, quod est magis novus, & magis proprius ei, & in ordinatione urceoli imprimatur characteris virtutis, non ab Episcopo pronuntiationem. Alios plures doctores pro hac sententia citat Averla supra. Et probat hoc ministerium esse praecipuum, quia magis directum & proximum ad Eucharistiae sacrificium; quo maxime respectu Ordines instituti sunt.

Ceterum Valquez supra n. 36. nec nisi per alteri sententiae adheret, sed amplectitur sententiam, quae, sicut dixi, docet, in traditione urceoli, quae rei, & in utraque forma simul hunc Ordinem conferri & characterem imprimi. Ita sententiam (inquit Valquez) Viguerius in Sum. Theol. cap. 16. §. 6. v. 1. & (me quidem iudice) in 4. dist. 25. q. 1. a. 1. in illa solutione 2. si id, quod ex ipso retulimus, non expendatur. Haec ille.

Sed, ut melius expendatur, subscribo ipsius verba Doctoris Angelici. Ad secundum dicendum; quod Archidiaconus est quasi Princeps ministerii, ideo omnia, quae ad ministerium pertinent, ipse tradit, sicut cereum, quo Acolythus Diaconus, & urceolum, quo perit Evangelium ipsum portando, & urceolum, quo perit Subdiaconus: & similiter dicit Subdiaconus ea, quae per-

superioribus Ordinibus servit, & tamen in illis non consistit principaliter actus Subdiaconi; sed in hoc, quod operatur circa materiam Sacramenti, & ideo characterem accipit in hoc, quod datur ei calix ab Episcopo: sed Acolythus accipit characterem ex verbis Episcopi in hoc, quod accipit prædicta ab Archidiacono, & magis in acceptione urceoli, quam candelabri, unde non sequitur, quod Archidiaconus Ordinem conferat.

Ubi ly Magis, non denotat, etiam accipere characterem, quamvis minus, in acceptione candelabri; sed significat urceolum esse instrumentum principale, & per consequens, juxta doctrinam sancti Bonaventuræ supra, solam ejus traditionem esse materiam essentialiam, utpote signum externum, in quo principalis potestas, quam respicit Acolythatus signatur traditi ordinato; ac proinde in illo solo imprimitur character. Ita ego expendo verba Do. Angelici.

Utrumque ergo sit de mente D. Thomæ quæ non est satis clara; sententiam Vasquez sequitur Henriquez lib. 10. c. 2. Tannerus disp. 7. quæst. 2. dub. 3. Aversa supra §. Melius tamen. Dicastillo hic n. 198. Et fundamentum esse potest; quia tam Concilium Carthaginense quam Pontificale Romanum ex æquo utramque traditionem veluti materiam hujus Sacramenti tradunt, cum prolacione verbi: Accipite potestatem, aut alio æquivalenti, scilicet: Accipite ceteros, & accipite urceolum. Ergo utrumque instrumentum, secundum doctrinam Divi Bonaventuræ supra, videtur esse principale.

Et aliunde secundum unam considerationem, ministrare de cereo; videtur actus principalior, & secundum alterum respectum, ministrare de urceolo; cur ergo non dicimus utrumque actum esse materiam essentialiam? Nam & etymologia nominis utriusque convenit, quos enim nos dicimus Acolythus, id est, non prohibitos ab accessu ad altare, ut illi ministrarent; alii appellant Acoluthos, id est, sequentes, seu, pedisequos Sacerdotis, ferentes cereos ante ipsum.

Et hæc ergo sententia probabilis est, & satis facilis, si cum Vasquezio admittatur; minores Ordines non esse à Christo institutos, & per consequens non esse vera Sacramenta; nec imprimere verum characterem; adeoque Acolythatum esse Ordinem, solâ Ecclesiæ constitutione introductum; & utrumque ministerium eodem Ecclesiæ jure ei designatum; his, inquam, suppositis, sententia Vasquezii nullam patitur difficultatem, esto alterum illorum ministeriorum præcipuum foret; quia potuit Ecclesiæ velle, & videtur voluisse, ut patet ex Concilio Carthaginensi, & Pontificali Romano, utrumque ex æquo adhibere ad validam hujus Ordinis collationem.

Sed quoniam nos, cum communiori sententia, minores Ordines supra probavimus, & admissimus verâ & propriè dicta Sacramenta, à Christo instituta, imprimentia verum caracte-

rem, eodem modo, quo Ordines majores; hinc oritur difficultas & quæstio contra nos, in qua traditione imprimatur character; cum enim utraque habeat formam sibi correspondentem, & independentem; nulla videtur ratio, quare potius in una, quam in alia; si autem in utraque, ergo duplex imprimatur character (nam extensionem characteris supra rejecimus) & duplex conferatur gratia, ac duplex erit Sacramentum, uti diximus de Sacerdotio.

Immo sequitur; si foret ommissa una traditio, hanc solam esse supplendam; & priorem non iterandam; quia fuit valida; sicut si ommitteretur in Sacerdotio ultima impositio manuum, cum illis verbis: Accipe Spiritum sanctum &c. hæc sola foret supplenda; & traditio calicis nullatenus iteranda, quia fuit valida.

Et sanè Aversa supra §. Quomodo autem, non multum abhorret ab hac doctrina; ait enim: vel dici potest characterem, imprimi & gratiam conferri, dum perficitur posterior pars, prior supposita; sicut & in Sacramento Extremæ Unionis; vel effectum præberi in ipsa prima parte; sed ex jure divino debere etiam addi alteram partem: & interim si augetur dispositio suscipientis, præberi adhuc majus augmentum gratiæ; aut insuper, si præcedenti statui peccati mortalis succedat contritio, conferri quoque primam gratiam: sicut suo loco diximus, quando Sacerdos, post sumptum corpus Domini, sumit sanguinem, quo completur unum Sacramentum & Sacrificium. Sed quia simpliciter potior est in hoc Ordine posterior illa pars, in qua traditur urceolus ad ministerium Eucharistiæ: ideo potius in hac parte videtur conferri effectus. Hæc ille.

Ego autem dico; ex hypothesi, quod utraque pars sit essentialis, in utraque conferri effectum gratiæ; sicut in Sacramento Extremæ Unionis in singulis unctionibus, ut suo loco diximus, conferatur partialis effectus gratiæ. Et per consequens conferri distinctum characterem, secundum nostra principia; aut secundum alios characterem jam impressum in prima parte, extendi in secunda parte. Et verò non video, cur prima non possit esse valida, ommissâ secundâ parte, vel secunda, ommissâ primâ parte.

Ecce proposui diversas sententias; elige, & non errabis in Fide aut bonis moribus. Eo salvo, ut si eligas tertiam, obligare debeas Acolythum sub gravi peccato, utramque partem suscipere in statu gratiæ, cum alioquin non peccaret mortaliter suscipiendo alteram partem; tantum ceremonialem, extra statum gratiæ.

Venio ad Subdiaconum, græcè Hypodiaconum, quasi subjectus Diacono, sive quasi inferior Diaconus, estque Subdiaconatus Ordo infimus ex majoribus, in quo eadem occurrit difficultas, quæ in Acolythatu. Nam in Pontificali Romano duplex præscribitur traditio cum formis correspondentibus.

X x x

Prima

38. Probat hæc sententia, Henriquez, Tannerus, Aversa, Dicastillo.

39. Et hæc satis facilis, si minores Ordines non sint sacramenta;

Difficilis autem si sint vera Sacramenta.

40.

Quando nam in illa sententia imprimatur character est Aversa

41. Iudicium Auctoris,

42. Quis sit materiam essentialis Subdiaconatus,

Prima traditio, quæ interuenit in Ordinatione Subdiaconi.

Prima ibi: Deinde Pontifex accipit & tradit omnibus calicem vacuum, cum patena vacua superposita, quem successivè manu dextera singuli tangunt; Pontifex dicente: Videte cuius ministerium vobis traditur, ideo vos admoneo, ut ita vos exhibeatis, ut Deo placere possitis.

Secunda.

Secunda ibi: Postea accipit & tradit omnibus librum Epistolarum, manu dextera ipsum simul tangentibus, dicens: Accipite librum Epistolarum, & habete potestatem legendi eas in Ecclesia sancta Dei, tam pro vivis quam pro defunctis in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Respond. Amen.

43. Prima est essentialis ex Florent.

Equidem primam traditionem esse essentialem, videtur certum ex Concilio Florentino in Decreto Eugenii ibi: Sextum Sacramentum est Ordinis cuius materia est illud, per cuius traditionem confertur Ordo, sicut Presbyteratus traditur &c. Subdiaconatus per calicem vacuam cum patena vacua superposita traditionem.

Porro Concilium ibi assignare materiam essentialem, patet; quia ita assignat illam traditionem pro materia, sicut in aliis Sacramentis pro materia assignat aquam, oleum, vinum, panem, &c. sed hæc sunt materię essentialis; ergo & illa traditio. Alioquin nulla materia sacramentalis probari poterit ex Concilio Florentino; semper enim potero dicere, quodd solum assignetur materia ceremonialis, sive requisita ad licitum, non ad validum Sacramentum.

44. Probatio ex ratione.

Deinde, illa est materia essentialis seu sacramentalis, quæ determinatur per formam sacramentalem; atqui hæc traditio (uti & præcedentes in minoribus Ordinibus) determinatur per formam sacramentalem in Ecclesia Latina: Accipe potestatem, aut æquivalentem; ergo &c.

Dico: Aut æquivalentem; quia hic non dicitur: Accipe potestatem, sed: Videte cuius ministerium vobis traditur &c. quod idem est, ac si diceret Pontifex: Accipite ministerium sive potestatem ministrandi calicem vacuum cum patena vacua.

Gene. Carib.

Eandem traditionem expressit Concilium Carthaginense IV. c. 5. dicens: Subdiaconus cum ordinatur; quia manus impositionem non accipit, patenam de Episcopi manu accipiat vacuam, & calicem vacuum.

Traditio urceolorum non est sacramentalis.

Addit: De manu vero Archidiaconi urceolum cum aqua, & manile, & manutergium. Et idem præscribitur in Pontificali Romano hisce verbis: Et Archidiaconus accipit & tradit eis urceolum cum vino & aqua, ac bacile cum manutergio, quæ omnia similiter tangere debent. Verùm cum hæc traditio fiat sine ulla forma verborum, communis sententia negat, eam esse sacramentalem.

45. Uti nec impositio Amictus, nec impositio Manipuli aut tunice.

Similiter negat, impositionem Amictus, etsi fiat cum his verbis: Accipe Amictum, per quem designatur castigatio vocis. In nomine Patris &c. esse materiam sacramentalem.

Uti nec impositio Manipuli aut tunice.

Item immissionem Manipuli in sinistram brachium, cum sequentibus verbis: Accipe Manipulum, per quem designatur fructus honorum operum.

In nomine Patris &c. Præterea immissionem Tunice; sub hac forma verborum: Tunica recandata; & indumento latitæ induat te Dominus. In nomine Patris &c. quoniam per illas immissiones, & illa verba; non significatur specialis aliqua potestas. Prout: verè significatur per traditionem libri Epistolarum; & verba correspondentiã supra recitata.

Ideoque Dicastillo hic n. 186. asserit, materiam Ordinationis Subdiaconi etiam esse traditionem libri Epistolarum; & formam, verba ipsi respondentia. Ita, inquit, præter Medicum, Fornarium & Tannerum docet Viguerius in La stitut. c. 16 §. 6.

Probatum autem à simili; quia sicuti ad Diaconum pertinet legere Evangelium tempore Sacrificii, ita etiam ad Subdiaconum legere illam lectionem Scripture; quæ vulgo appellatur Epistola, quia sæpè est pars Epistolæ cuius Apostolorum. Ergo sicuti traditio libri Evangeliorum, & verba, quæ illi correspondent, sunt materia & forma sacramentalis Diaconatus, ut statim videbitur; ita etiam traditio libri Epistolarum, & verba, sub quibus traditur, sunt materia & forma sacramentalis Subdiaconatus.

Nec dixeris; lectio Epistolæ non est actio principalis. Nam neque lectio Evangelii est actio principalis, ut docet Scotus 4. dist. 7. q. unica n. 7. ibi: Ex dictis apparet, quod non est proprius (id est, principalis) actus Diaconi legere Evangelium, & Subdiaconi Epistolam: sed est remotus & minus perfectus actus eorum; proprius autem & proprius illorum Ordinum, sunt, qui habentur unus (Diaconus) circa Eucharistiam deservendam, alius (Subdiaconus) circa materiam eius servandam.

Sed nec actio absolvendi à peccatis est principalis, & tamen communis docetur, impositionem manuum cum verbis correspondentibus, per quam datur potestas absolvendi, esse materiam & formam sacramentalem Sacerdotii.

Si rursus objecis: Nec in Concilio Florentino, nec in Concilio Carthaginensi quæritur immò nec in antiquo Ordine Romano, ubi describitur Ordinatio Subdiaconi, fit ulla mentio traditionis libri Epistolæ.

Respondeo; illa Concilia non voluerunt ad eam doctrinam tradere omnium, quæ debent adhiberi in singulis Ordinationibus; sed tantum explicare aliquam ceremoniam per modum exempli, quia aliud non erat necessarium pro rebus tunc occurrentibus, quod sæpè solent facere Concilia; nimirum ad ea solum attendere, quæ temporis & occasione ratio postulat. Unde Carthaginense non meminit traditionis calicis cum vino, & patenæ cum pane, quam tamen Florentinum assignat pro materia Sacerdotii; & vice versa, Florentinum non recitat impositionem manuum, quam solum exprimit Carthaginense.

Quantum ad antiquum Ordinem Romanum, forte illo tempore nondum Ecclesia determinaverat pro materia Subdiaconatus traditionem Epistolae; constat autem ex Pontificali Romano, jam esse determinatam. Deinde, ut alibi diximus, putant Aliqui, hunc librum esse apocryphum, quia mutilatè hinc inde videtur referre ceremonias Ecclesiae, hodie usitatas. Unde etiam in Ordinatione, Sacerdotis non meminit postremae impositionis manuum, cum hac forma: *Accipe spiritum sanctum, quorum remisseris peccata &c.*

ferri in ultima traditione, sicuti gratia Extreme Unctionis confertur in ultima unctione; & per consequens, si una traditio, sive per errorem; sive per malitiam omissa foret; utramque fore reiterandam, nisi tam breve temporis spatium intercessisset, quòd adhuc prior confertur moraliter existere, & moraliter posse conjungi alteri omissa, jam ponenda.

Ceterum communior sententia, sicut dixi, solum agnoscit traditionem calicis pro essentiali; quia illius solum meminerunt Concilia Carthagenense & Florentinum, in qua sola proinde imprimitur character, & confertur gratia; per consequens, esse traditio libri Epistolarum omitteretur, adhuc essentialiter subsisteret Sacramentum, & sic ordinatus posset cantare solemnius Epistolam, absque peccato aut pena irregularitatis; nec postmodum iteranda foret traditio calicis, sed dumtaxat supplendum, quod omisum fuerat, utpotè tantum aliquid ceremoniale, requisitum ad licitam, non ad validam administrationem hujus Ordinationis.

Si autem à me quaeritur; an calix, qui traditur, debeat esse consecratus? Respondeo cum Bonacina disp. 8. q. unica. p. 3. n. 5. & Aliis, quos citat, negativè. Ratio est; tum quia nullo jure constat, necessariam esse calicis consecrationem; tum quia, sicut validè confici potest Sacramentum in calice non consecrato, ita validè conferri potest character Ordinis per traditionem calicis non consecrati.

Oppositum tenet Sylvester verb. *Ordinatio*. n. 2. §. 4. vers. 3. Fornarius de Ordine c. 2. quos sequitur Dicastillo supra n. 182. quia, inquit, calix non consecratus, non est materia ministerii Subdiaconi, qui non ordinatur ad ministrandam patenam & vasculum non consecratum, nec destinatum ad ministerium altaris, sed ad ministrandum vasa praedicto ministerio consecrata.

Hinc respondet praedictus Auctor ad primam rationem Bonacinae, illam necessitatem constare ex ipsa institutione & Ordinatione, qua ordinatur ad tale ministerium, & talia vasa ministranda.

Ad secundam ait, disparitatem esse; quòd materia consecranda à Sacerdote, est ipsamet materia panis & vini consecrabilis in quocumque vase aut loco sit. Unde, inquit, si Presbytero tradatur ab Episcopo materia vera panis, & vini, in calice, & patena non consecratis, aut in aliis quibuscumque vasis, omnino puro, Ordinem esse validum, quia potestas officii & Ordinis sui circa materiam ipsam panis & vini est, non circa ipsa vasa; officium verò Subdiaconi circa ipsa vasa ministranda versatur. Unde mirum non est, quòd si vasa non sint talia, quae requiruntur ad suum ministerium, non sint materia, cujus traditione conferatur Ordo.

Respondeo cum distinctione; non est materia,

§ 1. Communiior opinio solum traditionem calicis agnoscit pro essentiali.

§ 2. An calix debeat esse consecratus? Negat Bonacina.

Oppositum tenet Sylvester, Fornarius & Dicastillo.

§ 3. Resp. ad 1. rationem Bonacinae.

Resp. ad 2.

54

49. Ante traditionem libri Epistolae, Subdiaconi non vocantur ordinari in Pontif. Ro.

50. Non est improbabili sententia, quae agnoscit traditionem libri Epistolae pro materia ministerii.

§ 3. Oppositum tenet Sylvester, Fornarius & Dicastillo.

§ 3. Resp. ad 1. rationem Bonacinae.

Resp. ad 2.

54

Defenditur
sententia
Bonacinae.

rum, si non sint materia licita, concedo; materia valida, nego. Peccat quidem Subdiaconus, si ministrare vasa non consecrata, atamen exercet actum Ordinis sui, qui est ministrare vasa Sacerdoti, in quibus potest validè confici Sacramentum. Alioquin Clericus inferior, qui solemniter ministraret vasa non consecrata Sacerdoti, in quibus ipse bona fide non solum validè, sed etiam licitè consecrat, non incurreret poenam irregularitatis; quod an admitteret Dicastillo nescio, saltem consequenter deberet admittere.

Itaque ex institutione ipsa, & Ordinatione Subdiaconi, tantum constat, vasa debere esse apta ad celebrandum, saltem validè, ut valeat Ordinatio. Nam quòd hodie non liceat celebrare, nisi cum vasis consecratis, provenit ex præcepto Ecclesiae; unde si Ecclesia tolleret suum præceptum, tunc saltem posset Subdiaconus ordinari cum traditione calicis non consecrati; ergo ex ipsa institutione Subdiaconatus non provenit, quòd debeat esse traditio calicis consecrati; neque ex illo præcepto Ecclesiae, quia illud positum est propter reverentiam debitam Corpori & Sanguini Christi, quæ ratio non habet locum in Ordinatione Subdiaconi seu traditione calicis vacui.

Cum ergo aliunde non constet obligatio tradendi calicem consecratum, tametsi ordinariè talis calix tradatur; cur saltem non erit valida Ordinatio, si vel per errorem vel scienter tradatur calix non consecratus? Non sunt multæ hanc obligationes, maxime si ex illis pendeat valor Sacramenti, absque expresso jure, quale nullum hic invenitur, & ideo elegi sententiam Bonacinae.

55.
Obiectio
contra sen-
tentiam
Sylvestri.
diff. 23. c. 26.

Quin immo, dicit aliquis; quomodo benè assignatur traditio calicis consecrati pro materia Subdiaconatus, cum scriptum sit in Concilio Laodicensi c. 21. (& refertur dist. 23. c. 26.) *Non oportet Subdiaconos licentiam habere in sacrarium sive secretarium (quòd Graeci Diaconium appellant) ingredi & contingere vasa dominica?*

diff. 25. c. 1.

Et cap. 1. dist. 25. ex Decretis Sylvestri Papæ in Synodo Romana c. 9. ita refertur: *Nullus Acolythorum vel Subdiaconorum rem consecratam à Presbytero alius porrigat (quia aliud est ministrare, aliud assistere) nisi tantum supportet, quod ei Sacerdos imposuerit suo ore benedictum.*

56.
Responsio.

Respondeo; apud Binium tom. 1. Conciliorum ita legitur in Synodo Romana 2. sub Sylvestro cap. 9. *Nullus Lector vel Ostiarius vasa sacrata contingeret (aliàs, contigerit) nullus Acolythus rem sacratam à Presbytero jam alio porrigeret, nisi tantum supportaret, quod ei Sacerdos imponeret (aliàs, imponeret) suo ore benedictum. Ubi nulla fit mentio Subdiaconorum. Sed cap. 8. de eis statuitur: Nullum autem Subdiaconorum ad nuptias transire præcipimus, ne aliquâ prævaricatione (aliàs, aliquam prævaricationem) præsumserit. Quòd nihil ad propositum nostrum.*

Atque ut prior lectio cap. 9. (quæ reperitur apud Buchardum & Lyonem) retinenda foret, nihil equidem officeret communi doctrinæ, quia per rem consecratam ibi, non debet aliud intelligi, quàm Sacramentum Corporis & Sanguinis Domini, cujus potestio seu distributio non competit Subdiaconis, sed tantum Sacerdotibus & Diaconis.

Ad cap. 21. Concilii Laodiceni respondetur, intelligendum esse de vasis Dominicis, id est facris, quando continent Corpus & Sanguinem Domini, tunc enim non licet Subdiaconis ea tangere.

Alioquin ex Concilio Braccarensi 1. c. 28. refertur dist. 23. c. 31. *Non liceat cultibus & Leviticis sacra altaris vasa portare, nec alius, nisi qui ab Episcopi Subdiaconi fuerit ordinatus. Item ex Conc. Mart. Papæ c. 41. refertur ibidem c. 30. Non liceat cultibus ministeria tangere, nisi Subdiacono aut Acolytho in secretario vasa Dominica.*

Ecce contraria testimonia. Vel ergo dicendum; diversis temporibus Ecclesiam diversè statuisse circa hunc contractum; aut certe intellegendum per vasa Dominica intelligenda esse vasa sacra, dum continent Corpus & Sanguinem Christi; & semel vasa sacra vacua, quæ traduntur Subdiacono, dum ordinatur, ut patet ex Pontificali Romano suprà & Conciliis Carthageniensi & Florentino. Unde tametsi aliquando fuit illicitum ex constitutione Ecclesiae Subdiaconis, ea vasa tangere, certum est, quòd hoc non sit licitum.

Immo ab initio Ecclesie fuisse licitum colligitur evidenter ex Clemente Papa 1. Constit. cap. 21. ubi in Ordinatione Subdiaconi hanc ponit orationem: *Domine Deus omnipotens, spiritus huic famulum tuum, qui ad ministerium Episcopi diaconi electus est: & tribue ei Spiritum sanctum, ut vasa, ad ministrandum tibi facta, digne attineat.*

Porro quòd ibidem dicit in principio orationis *De Hypodiaconis verò ego Thomas consultans Episcopum, ut cum Hypodiaconum ordinas Episcopo, imponas manus, explicari debet (inquit Averla hic quædam lect. 5. §. Quod verò) non dixisse, tamquam rem de substantia & necessitate hujus Ordinis, sed solum ceremoniam quamdam accidentalem, fortasse aliquamdiu usitatam; vel intellegendam eandem traditionem sacrorum vasorum per manus ipsius Episcopi ad eum, qui ordinatur. Vel olim fuisse de essentia, sicut & nunc apud Græcos. Hæc ille.*

Et sanè idem etiam de Lectoribus ibidem constituitur cap. 22. *De Lectoribus verò ego Martinus Levi, qui antea sui publicanus, confusus, ad Lectorem eligas, cui manu imposuisti, & presens Dominus dicens, dicas: Deus aternus &c.*

Consimiliter explicari potest, quòd ad Innocentium tertium cap. 1. de Sacramentis non iterandis: *Presbitera nos consulere voluisti, ut presbiter mitti debeat ministrare, qui sui impositionem non fuerit ad Ordinem Subdiaconatus assumptus. Explicat.*

carum, inquam, potest, & debet, de benedictione quâdam ceremonialis; non autem de impositione manuum consecratoria.

Ita Glossa ibi verb. Impositione, dicens. Sed contra 23 dist. Subdiaconus. Vbi dicitur, quod Subdiaconus non recipit manuum impositionem. Sed illud cap. loquitur de impositione manuum consecratoria, quæ non datur Subdiacono: sed hæc impositio manuum est quâdam benedictio. Sic accipitur 69. dist. Quoniam. & 1. q. 11. Manus.

60. Aliæ explicatio dicitur cap. dicitur.

Verum quia hodie, nec etiam per modum benedictionis adhibetur manuum impositio propriè dicta in hac Ordinatione; ideo Averfa supra ait, posse intelligi de illa impositione, quâ Episcopus trahit & imponit Amictum super caput eorum, qui ordinantur Subdiaconi.

Vel potius dicendum; mendose legi, Subdiaconatus: nam ut ad marginem illius textus notatur: In duobus vetustioribus legitur: Diaconatus, in qua utique Ordinatione propriè manus imponitur ordinando, ut patebit ex Conclusionem sequenti, quæ talis est:

CONCLUSIO III.

Ecclesia Latina utitur in Diaconatu etiam manuum impositione.

61. Quid Diaconus & Diaconatus.

Diaconus græcè, latine idem est, quod minister, & ex usu Ecclesiæ appropriatum est illi, qui proximè Sacerdoti sacrificanti assistit & ministrat. Itaque Diaconatus est ille Ordo, qui proximè Sacerdotio subest. Hebræo autem nomine Diaconi vocantur Levitæ, & sic dicitur Ordo Leviticus, denominatione sumptâ à Levitis, id est, descendibus ex Levi, qui in templo Domini ministrabant.

62. Prima actio observanda in hac Ordinatione.

Ceterùm plures actiones in hac Ordinatione præscribuntur in Pontificali Romano. Et primo quidem, Solus Pontifex manum dexteram extendens, ponit super caput cuiuslibet ordinando; & nullus alius, quia non ad Sacerdotium sed ad ministerium consecratur, dicens singulis: Accipe Spiritum sanctum ad robur, ad resistendum diabolo & tentationibus eius. In nomine Domini.

Secunda.

Secunda actio præscribitur his verbis: Post hæc Pontifex sedens cum mitra cuiuslibet ordinando ante se genu flexo, stolam, quam singuli in manu habent, imponit successivè super humerum sinistram dicens singulis: Accipe stolam candidam de manu Dei, adimple ministerium tuum; potens est enim Deus ut auget tibi gratiam suam. Qui vivit & regnat in sæcula sæculorum. Respond. Amen. Faciens super quemlibet eorum signum crucis, & ministri reflectant caput stola, & alligant sub brachio dextero.

63. Tertia.

Sequitur tertia actio: Post hæc Pontifex accipiens Dalmaticam, induit eam quemlibet successivè usque ad humeros, & sic sit usque ad ultimum, quem eam totaliter induit; & hoc si una tantum sit Dalmatica.

Si vero quilibet suam habet, tunc singulos suâ totaliter induit, dicens cuiuslibet: Induat te Dominus indumento salutis & vestimento laticæ & Dalmaticâ iustitiæ circumdet te semper. In nomine Domini. Respond. Amen.

Quarta & ultima actio exprimitur sub hac forma verborum: Postremò Pontifex accipit & tradit omnibus librum Evangeliorum, quem manu dextera tangunt, dicens: Accipe potestatem legendi Evangelium in Ecclesia Dei tam pro vivis, quam pro defunctis. In nomine Domini. Respond. Amen.

Quarta.

Itaque istæ quatuor actiones sunt necessariæ, saltem necessitate præcepti Ecclesiastici. Nunquid etiam necessitate Sacramenti? Citatur ab aliquibus Michael Medina lib. 1. de sacrorum hominum continentia c. 38. & 39. quasi sentiat, in omnibus istis actionibus consiliter hanc Ordinationem, & ex omnibus constitui integram materiam, & integram formam. Fundatur; quia verba ipsa, quæ in singulis istis actionibus dicuntur, sonant modum formæ sacramentalis, & ita omnes eæ actiones habebunt rationem materiæ & formæ.

64. An omnes hæc actiones sint essentialiter? Medina.

Fundamentum parit affirmantibus.

Sed hæc sententiâ communiter rejicitur; quia verba, quæ dicuntur in traditionibus vestium, non sonant modum formæ sacramentalis; sed solum se habent, ut preces & invocationes Ecclesiæ, sicut in aliis sacris benedictionibus consuetum est.

Rejicitur.

Estque res clara in Ordinatione Sacerdotali, in qua etiam propriæ sacræ vestes traduntur & imponuntur, nec tamen spectant ad substantiam vel integritatem Ordinationis, ut omnes concedunt, sed solum ad Ecclesiasticam solemnitatem & ceremoniam.

Relictâ itaque sententiâ Mediæ, alia duplex est opinio. Una, quod character imprimatur in traditione libri Evangeliorum; quia deputatio Diaconi ad suum principalem actum, non potuit exprimi per traditionem alicujus rei corporalis. Cùm enim Diaconus habeat potestatem super Corpus & Sanguinem, contenta in vasis, non potuit hæc potestas exprimi per dationem vasis tantum: quia super vasa Subdiaconus habet potestatem; nec per dationem materiæ consecratæ; quia non habet potestatem eam immediatè tangere: & ideo oportuit, quod ordinaretur per traditionem instrumenti pertinentis ad actum secundarium, hoc est, per traditionem libri Evangeliorum.

65. Opinio quæ dicit characterem imprimi in traditione lib. Evangelii probatur.

Sed contra hoc potest argui (inquit Durandus 4. dist. 24. q. 3.) quod illud, in quo imprimitur character, debet observari; & probabile est, quod observetur in omni Ecclesia; sed traditio libri in Ordinatione Diaconi non observatur in omni Ecclesia, nec antiquitùs forsitan observabatur in aliqua Ecclesia. Undè secundùm Ordinatium antiquissimùm Ecclesiæ Anticenis, cui præsumimus, liber Evangeliorum non tradebatur Diacono in Ordinatione sua: sed nos volentes nos conformare

66. Obiectio ex Durandus.

carteris Ecclesiis, posuimus de manu nostra in margine dicti Ordinarii, quod liber Euangeliorum tradatur Diacono, cum consueta forma verborum: quare non videtur, quod in traditione libri imprimatur character Diaconatus. Hæc ille.

A quo si petas, in quo ergo imprimatur. Et ideo, inquit, alia opinio est, quod character imprimatur in impositione manuum, per quod datur intelligi, quod applicatur ad magnum ministerium, et quod manus est organum organorum: Diaconus autem per excellentiam dicitur minister: & huic videtur Canon concordare 23. dist. ubi dicitur, quod cum ordinatur Diaconus, solus Episcopus ei manum imponit, et quod ad ministerium applicetur. Hucusque Durandus.

67. Et certe olim in primitiva Ecclesia non erat adhuc descriptus ullus Euangeliorum liber; siquidem Matthæus qui primò scripsit, non nisi octavo anno post Christi Ascensionem scripsit, ut narrat Baronius ad annum quadragessimum primum Christi, & tamen ordinabantur Diaconi; ergo per solam impositionem manuum, absque traditione libri Euangeliorum.

Unde neque Scriptura Act. 6. in Ordinatione Diaconorum, neque Dionysius cap. 5. Eccles. Hierarch. ubi illam Ordinationem describit, aliquam faciunt mentionem traditionis alicujus instrumenti, præter impositionem manuum. Uti nec Concilium Carthaginense IV. cap. 4. dicens: *Diaconus cum ordinatur, solus Episcopus, qui eum benedicit, manum super caput illius ponat; quia non ad Sacerdotium, sed ad ministerium consecratur.*

Quod autem loquatur de impositione manuum sacramentali, videtur satis colligi ex eo, quod capite sequenti assignet materiam essentialem Subdiaconatus hinc verbis: *Subdiaconus quum ordinatur, quia manus impositionem non accipit (sicut Diaconus) patenam de Episcopi manu accipiat vacuum & calicem vacuum.* Ergo sicuti traditio patenæ & calicis vacui est materia essentialis, ita etiam manus impositio, in cuius locum quasi succedit.

Eidem sententiæ (inquit Averfa sup. sect. 6. §. Durandus vero) favent Bonaventura eadem dist. p. 1. a. 1. q. 4. & Scotus q. 1. §. De secundo.

Sed Doct. Subtilis nihil aliud ibi docet, quam legere Euangelium non esse proprium actum Diaconi, sicut nec Subdiaconi legere Epistolam. Verba ejus habes Conclusionem præcedenti. Ergo sola impositio manuum est materia essentialis Diaconatus, hoc inde non rectè inferitur in principiis Scoti, qui putat probabile, in Sacerdotio duas esse formas partiales, & duas materias partiales, in quarum altera confertur potestas conficiendi Eucharistiam, quæ indubiè magis principalis & magis propria Sacerdoti; in reliqua autem potestas absolvendi in Pœnitentiâ, ut supra vidimus.

Quantum ad D. Bonaventuram, nec ille favet isti sententiæ loco citato, ubi querit; an Prælati Ecclesiæ teneantur Clericis quantum ad temporale stipendium? In cuius utique questionis resolutione nihil minus dicitur, quam de materia & forma essentiali Diaconatus. Error ergo est Typographi, vel Auctoris, qui pro parte secunda posuit primam.

Igitur in secunda parte art. 1. qu. 4. videtur favere illi sententiæ. Sic enim ait in corp. in Ordinibus sacris, quoniam datur ibi nobilitas potestatis, & excellens, si manus impositio, non tantum instrumenti traditio. Et infra ad 2. Ad illud quod obiicitur, quod Sacerdotes imponunt manus, dicendum, quod illa manus impositio non est ad Ordinis (Sacerdotalis) collationem, sed ad significationem. Significatur enim gratia communionis, quæ in Ordine sacerdotali confertur, & per Sacerdotem debet administrari: ideo non imponunt manus Sacerdotes Diacono, sed solus Episcopus in cuius impositione manuum non tantum est significatio, sed etiam potestatis collatio.

Ergo, secundum D. Bonaventuram, hæc impositio manuum est sacramentalis, eaque sola, quia nusquam in traditione instrumenti agnoscitur potestatis collationem.

Sed responderi posset; etiam eam non negare, immo in minoribus Ordinibus agnoscere, adeoque potius favere sententiæ illi, quæ docet, Ordinem Diaconatus conferri partim per impositionem manuum, & partim per traditionem libri Euangeliorum, quam approbat Averfa supra §. Alia tandem sententiâ, multis pro ea rebus Auctoribus, quam & Dicalillo, n. 167. vocat probabilior.

Enimvero pro una parte, scilicet traditione libri Euangeliorum, stat aperte Conc. Florentin. in Decreto Eugenii, ibi: *Sacrum Sacramentum est Ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionem confertur Ordo, sicut Presbyteratus traditionem.* Cum autem ibi Concilium assignet materiam essentialem Presbyteratus, secundum omnes Doctores, similiter Subdiaconatus, quæ apparentiâ veri negabimus, assignare materiam essentialem Diaconatus?

Non est tutum hoc negare; & per consequens hodie non tutum dicere, solam impositionem manuum esse materiam essentialem; aut traditionem libri Euangeliorum non esse materiam essentialem; estd tempore Concilii Carthaginensis quarti, quod, ut supra vidimus, solus meminit impositionis manuum potestatis hinc sustineri, absque ulla nota erroris aut temeritatis.

Sed numquid sententiâ, quæ hodie asserta, impositionem manuum esse partialem materiam non solum notâ temeritatis, sed erroris etiam inurenda est? Ita censet Valquez disp. 238. c. 4. n. 35. ibi: *Communis tamen sententiâ est, solam traditionem libri Euangeliorum esse*

qui censet characterem imprimi in impositione manuum, & probat.

67. Confirmatur i. ex praxi primitivæ Ecclesiæ.

Secundò ex Act. 6. Dionysio & Carthag. 4.

68. Averfa dicit D. Bonar. & Scotum favere huic sententiæ.

Sect. 2. De Materia & Forma Ordinatio. Concl. 3. 535

materiam esse hujus Sacramenti, & sola verba, quibus traditur, esse formam: quam quidem ita veram existimo, ut oppositam non solum notā temeritatis, sed erroris etiam inurendam esse censeam. Hæc ille.

72. Quid dicitur quod non.

Sed ego hanc censuram potius notā temeritatis & erroris inurendam esse censeo. Quod ne gratis dicere videar, suppono ex antedictis, determinationem materiæ & formæ in individuo, relictam fuisse dispositioni Ecclesiæ, & per consequens Ecclesiæ potuisse determinare, vel solum impositionem manuum, vel solum traditionem libri Evangeliorum, vel utramque simul.

Atque adeo pro tempore, quo nondum erat scriptus liber Evangeliorum, potuisse determinare solum impositionem manuum; pro tempore autem, quo jam erat scriptus, potuisse determinare traditionem istius libri ad clariorem & distinctiorem explicationem potestatis minus principalis, quæ traditur per illam Ordinationem, relinquendo impositionem manuum cum partiali significatione principalioris potestatis, vel etiam eam abrogando, & instituendo traditionem libri Evangeliorum cum significatione totalis potestatis. Quid factum sit ex his, quæ fieri potuerunt, hic disputatur.

72. Aliquando sicut in impositione fuit materia sufficientes.

Equidem, quando nondum erat scriptus liber Evangeliorum, dici potest, solum manuum impositionem, cum verbis correspondentibus, fuisse materiam & formam essentialiæ hujus Ordinationis; sicut adhuc de facto est in Ecclesia Græca. Nam quod aliqui dicunt; tunc fuisse datam chartam descriptam, continentem mysteria fidei, mera conjectura est, cum de tali charta, nec ex Scriptura, nec ex Conciliis, aut Sanctis Patribus quidquam constet; & absolute non fuerit necessaria, supposita contrariâ voluntate Ecclesiæ.

Et fortassis usque ad tempora Durandi permanerat ille mos ordinandi in Ecclesia Aniciensi; vel dicitur, id contigisse per errorem, cum fuerit Ecclesia particularis, quæ potest errare, maxime cum tunc nondum extaret Decretum Eugenii, & sic probabilis foret illa opinio: vel certe ex consensu Pontificis. Cum enim ea Ecclesia sit in Italia, & modus ille ordinandi fuisset adeo singularis, vix est morale (inquit Arriaga disput. 54. nu. 20.) quod ad aures Pontificis non pervenerit: quod si pervenit & toleratus est, profecto jam videtur esse sufficiens.

Arriaga.

73. De facto non est.

Ceterum quia amplius non toleratur in Ecclesia Latina, ut patet ex Pontificali Romano, supra allegato, in quo disertis verbis præscribitur traditio libri Evangeliorum, cum verbis significantibus expressè potestatem, quam accipit Diaconus, cantandi Evangelium, satis constat, pro hoc tempore Ecclesiam Latinam illam traditionem, & verba correspon-

dentia, determinasse, seu instituisse materiam & formam sacramentalem seu essentialiæ (quid quid fuerit tempore Dionysii & Concilii Carthaginensis) sic tamen, ut etiam retinuerit impositionem manuum, saltem pro ceremonia accidentali.

Quid ni etiam pro essentiali? Profecto id videntur indicare verba, quæ in hoc actu ab Episcopo proferuntur: *Accipe Spiritum sanctum* &c. quæ sic dicuntur per modum imperativum, sicut dicitur: *Accipe potestatem*: & licet dicitur in Sacerdotio: *Accipe spiritum sanctum* &c. quare sicut in Sacerdotio habent effectum gratiæ & characteris, ut supra ostendimus; ita etiam videntur hic debere habere effectum, tum gratiæ sanctificantis, tum characteris, juxta illud Concilii Tridentini sess. 23. can. 4. *Si quis dixerit; per sacram Ordinationem non dari Spiritum sanctum; ac proinde frustra Episcopus dicere: Accipe Spiritum sanctum, aut per eam non imprimi characterem* &c. *Anathema sit.*

Vel ergo in Ordinatione Diaconi frustra dicit Episcopus: *Accipe Spiritum sanctum*, vel per illa verba datur Spiritus sanctus. Nam quod Concilium ibi tantum loquatur de Sacerdotio; unde constat? Verba quippe sunt generalia; ergo generaliter intelligenda, nisi aliquid obstat: hic autem nihil obstat, quia ostensam est, Ecclesiam potuisse illam ceremoniam instituere tamquam materiam & formam essentialiæ.

Si dixeris; obstat Concilium Florentinum in Decreto Eugenii, ubi in Ordinatione Diaconi non fit mentio impositionis manuum: Respondeo; neque in Ordinatione Sacerdotis, & tamen, ut statim videbimus, est essentialis.

Si rursum objicias aliud testimonium Gregorii IX. in cap. 1. de Sacramentis non iterandis sequentis tenoris: *Presbyter & Diaconus cum ordinantur manus impositionem tactu corporali, ita ab Apostolis introducto, recipiant; quod si omnium fuerit non est aliquatenus iterandum, sed statuto tempore, ad huiusmodi Ordines conferendos caute suppleendum, quod per errorem extitit prætermisum.* Jam autem materia & forma essentialis Sacramentorum sicut non potuerunt institui ab Apostolis, ita nec introduci; ergo &c.

Respondent Aliqui; manuum impositionem in Ordinatione Diaconi & Presbyteri, esse ritum ab Apostolis introductum; non quasi Apostoli hunc ritum instituerint; sed quia ipsi primi ceperunt illum usurpare in Ordinationibus; nam Ordinatio à Christo facta in Apostolis, hoc ritu facta non legitur.

Hæc tamen interpretatio (inquit Vasquez disp. 239. nu. 59.) extorta mihi videtur; nam eadem ratione dici posset, Sacramentum Confirmationis, Extremæ Unctionis & Pœnitentiæ ab ipsis introductum; quia ipsi primi illud ministrare ceperunt.

Sed contra; nonne Aliqui videntur docere, Confirmationem & Extremam Unctionem institutam

74. An adhuc manuum impositio sit materia essentialis; ut mensura orationis dicitur sub alio modo.

75. Obiectio.

76. Resp. Ad quorum.

76. Obiectio.

Alia obiectio est de sacramentis non iterandis.

76. Resp. Ad quorum.

77. Defensio ad Auctores.

stitutam esse ab Apostolis? Quod sic intelligendum diximus, non quod ipsi primò illa Sacramenta instituerint, sed quod primi illà materià & formà hæc Sacramenta Fidelibus administraverint. Deinde, potiùs hæc manuum impositio dicitur ab Apostolis introducta, immo & instituta dici potest; quia Christus, ut suppono, Ecclesiæ suæ reliquit determinationem in individuo materiæ & formæ hujus Sacramenti.

Quomodo impositio manuum sit ritus introductus ab Ecclesiâ.

Ut ergo dicere possumus, ritum conferendi Diaconatum in Ecclesiâ Græca per hæc verba: *Divina gratia creat seu promovet N. Venerabilis Subdiaconum in Diaconum* &c. esse ritum introductum ab Ecclesiâ, estò habeant se per modum formæ essentialis; ita etiam dicere possumus, impositionem manuum esse ritum ab Ecclesiâ introductum, estò habeat se per modum materiæ essentialis.

78. Instaurata

Instat aliquis: si illa impositio manuum esset materia essentialis, debuisset postea repeti ex integro totum Sacramentum, cujus contrarium ibi decrevit Pontifex.

Resp. Atque

Respondet Arriaga suprâ n. 17. Indè solum sequitur, eam impositionem non esse totalem materiam: si enim esset totalis; tunc ejus defectus fecisset ex integro imperfectum Sacramentum; at si sit partialis tunc non est necessum repetere aliam partialem materiam, si prior fuit adhibita, cum forma sibi debita; nam licet inter materiam & formam requiratur conjunctio physica, aut certè talis, quæ moraliter reputetur perindè ac si esset physica; quando tamen sunt duæ materiæ partiales, cum suis partialibus formis, si defuit una materia cum sua forma, non efficit quo minus altera materia, quæ extitit cum sua forma, non valeat ad hoc, ut repetitâ postea alterâ materiâ, quæ defuit, cum propria forma, non sit integrum Sacramentum, ut patet manifestè in Extrema Unctione: nam communis sententia docet, omnes quinque unctiones esse essentielles Sacramento; & tamen eadem communis sententia docet, si fiat una unctio cum sua forma, & minister moriatur; ac deinde, etiam post aliquot dies, veniat alter, qui perficiat, non esse necessum repetere eam priorem unctionem, sed sufficere addere quatuor alias, quæ fuere desideratæ. Idem ergo in præfenti dici potest. Hæc ille.

79. Et aliquod ejus argumentum pro nostra sententia.

Deinde sic argumentatur: si illa impositio manuum solum fuisset pura ceremonia, fuissetque inculpabiliter omiſsa, non esset ratio, cur Pontifex esset tam sollicitus de ea suo tempore repetenda. Licet enim aliquando, si conferatur Sacramentum quoad essentialia sine ceremoniis, soleat Ecclesiâ præcipere, ut postea suppleantur illæ ceremoniæ, id tamen rarum est, & in solo Baptismo; immo in illo id non præcipit, nisi quando omnes ceremoniæ fuere omiſsæ: nam si una defuit, v.g. impositio salis ad os, ceteræ verò omnes sint applicatæ, non præcipit Ecclesiâ, ut illi adulto sic baptizato apponatur postea sal

ad os, ergo cum in eò casu ejus cap. *Presbyter*, solum fuerit desiderata ea impositio manuum, cetera verò tam substantialia, quam ceremonialia supponantur adhibita, vix fuisset Pontifex adeò sollicitus de supplenda ea impositione, si judicasset, eam esse puram putam ceremoniam, & non potiùs partialem materiam essentialem: ergo ex hoc loco probari potius videtur contraria sententia. Hucusque Arriaga.

Quomodo ergo Vasquez suprâ ex illo textu bene probat, contrariam sententiam non solum nonâ temeritatis, sed erroris etiam inveniendam esse? Aut cur Arriaga non amplectitur hæc sententiam, sed nihilominus adheret sententiæ Vasquezij? Sanè hic Auctor nullam positivam rationem adfert, sed solum solvit Argumenta aliorum, & ad objectionem jam factam ex illo capite, respondet; Pontificem, eò quod ritus ille sit adeò solemnissimus & antiquus, ad ipsos Apostolis observatus, voluisse ut suppleretur, etiam si non pertineret ad materiam essentialem Diaconatus.

Verùm enim verò, cum ille ritus adeò solemnissimus sit & antiquus, ab ipsis Apostolis observatus, & cum possit pertinere ad materiam essentialem, & tempore Apostolorum, quando nondum erat traditio libri Evangelium, ad eam pertinuerit, cur non dicimus, etiam de facto adhuc ad eam pertinere?

Quia, inquit, nec manuum impositio, nec verba correspondentia significant aliquod proprium ministerium Diaconi. De manuum impositione patet, & de verbis probatur; quæ verba sunt hæc: *Accipe Spiritum sanctum ad resistendum diabolo & tentationibus eius*, quæ sanè generalia sunt, & cuilibet Ordinationi convenire possent. Ita Vasquez suprâ n. 38.

Possent planè convenire cuilibet Ordinationi, si Ecclesiâ vellet; sed quia jam ea appropriavit Ordinationi Diaconi, ideo ei soli conveniunt, & significant gratiam ad resistendum tentationibus, quæ possent Diaconum impletum in ministerio Sacerdotis, quod voluit significari per manuum impositionem; cum enim hæc impositio sit ceremonia generalis, quæ possent convenire omnibus Ordinationibus, facta de facto in Ecclesiâ Græca convenit, Ecclesiâ Latina eam assumpsit, tum in Sacerdotio ad significandam potestatem absolvendi, factam iam consecrandi; tum in Diaconatu ad significandum ministerium Sacerdotis. Igitur Ecclesiâ imponens manus Diacono & dicens: *Accipe Spiritum sanctum* &c. significat tunc conferri Sacramentum, cum in sola Sacramenti constitutione videatur verè dici posse: *Accipe Spiritum sanctum*.

Respondet Arriaga suprâ n. 19. hoc Argumento probari nimis multum, scilicet ad eam materiam esse eam manuum impositionem, nam gratia non conferitur, nisi quando Sacramentum essentialiter est completum, hoc tamen

dici nequit, quia Eugenius quartus expresse docet, traditionem Evangeliorum esse materiam, id quod saltem requirit eam esse materiam partialem.

Sed contra: potest impositio manus cum his verbis: *Accipe Spiritum sanctum &c.* esse Sacramentum essentialiter completum, est illa impositio non sit adæquata materia; sicuti consecratio Corporis Christi est essentialiter Sacramentum Eucharistiæ, est illud Corpus Christi non sit adæquata materia; & singulæ unctiões sunt probabiliter Sacramenta essentialiter completa, tamen non sint materia adæquata. Sicuti etiam traditio calicis cum vino, & patenæ cum pane, sub hac forma verborum: *Accipe potestatem &c.* est essentialiter Sacramentum Sacerdotii, nam imprimi characterem, & per consequens, causat gratiam in subiecto disposito, est non sit materia adæquata; nam secundum Arriagam supra n. 27. Impositio manus cum his verbis: *Accipe Spiritum sanctum &c.* est partialis materia & imprimi partialem characterem.

Respondet Arriaga secundò: etiam dum Diaconis imponit stolam, & Dalmaticam, utitur Episcopus talibus verbis, quæ ostendunt eis tunc dari gratiam sanctificantem, cum tamen constet vestimentorum collationem in nullo Ordine esse materiam essentialem.

Sed contra: illud gratis dicitur, ut patet ex verbis Pontificalis, supra relatis, in quibus nulla fit mentio Spiritus sancti, per quem tamen diffunditur charitas Dei, seu gratia sanctificans in cordibus eorum, qui iustificantur, sed neque traditur aliqua particularis potestas, ad quam necessaria sit gratia sanctificans.

Respondet tertio præfatus Auctor; Pontificem, cum eas omnes actiones & ceremonias eo sine faciat, ut paulò post conferat Sacramentum, iure merito per illas quasi inchoativè dicere: *Accipe Spiritum sanctum &c.* Quæ verba non tam denotant acceptionem gratiæ sanctificantis, quam auxiliorum, quibus resistitur diabolo; ideoque ea verba habent se per modum puræ orationis, quæ pro altero obtinemus à Deo similia auxilia.

Sed contra; cur minùs hæc verba: *Accipe Spiritum sanctum*, denotent gratiam sanctificantem in Ordinatione Diaconi, quam in Ordinatione Sacerdotis? An fortè; quia additur: *Ad robor, & ad resistendum &c.* Sed nunquid per Sacramentum Confirmationis datur gratia sanctificans ad robor, & ad resistendum &c.? Sanè gratia sanctificans, quam maximè necessaria est ad robor, & ad resistendum tentationibus diaboli.

Denique respondet Arriaga; in Baptismo, ubi certissimum est adæquatam materiam esse abluionem, olei autem inunctionem esse puram ceremoniam; nihilominus dum inungit baptizans infantem, dicit: *Vngo te oleo salutis, ut habeas vitam æternam.* Quæ verba videntur et-

iam significare gratiam habitualement, non minùs, quam verba Confirmationis; ergo inde nihil colligitur, quòd ea impositio manuum supra Diaconum, sit partialis saltem materia ejus Ordinis. Hæc ille.

Sed contra; quia certissimum est, adæquatam materiam Baptismi esse abluionem; ideo tamen illa verba: *Vngo te &c.* videantur significare gratiam sanctificantem; etiam certissimum est, eam ex opere operato non conferre; sed quia probabile est, si non probabilius, solam traditionem libri Evangeliorum non esse adæquatam materiam Ordinationis Diaconi; ideo etiam probabile est, si non probabilius, illa verba: *Accipe Spiritum sanctum &c.* quæ videntur significare gratiam sanctificantem; etiam eam conferre ex opere operato. Atque hæc sufficient de Ordinatione Diaconi.

Progredior ad Ordinationem Sacerdotis, de qua dico idem, quod dixi de Ordinatione Diaconi:

CONCLUSIO IV.

Ecclesia Latina utitur in Sacerdotio etiam manuum impositione.

Duplex est hic manuum impositio. Prima describitur his verbis in Pontificali Romano: *Post hæc surgant omnes, & ordinandis coram Pontifice binis & binis successivè genuflectentibus Pontifex stans ante salsidorium suum cum mitra, & nulla oratione nulloque cantu præmissis, imponit simul utramque manum super caput cuiuslibet ordinandi successivè, nihil dicens. Idemque faciunt post eum omnes Sacerdotes, qui adjunt, quorum tres aut plures planetis vel saltem cum stolis parati, si commode fieri potest, esse debent. Hæc est prima ceremonia, quam Ecclesia adhibet in Ordinatione Sacerdotis.*

Quo facto (prosequitur Pontificali) tam Pontifex, quam Sacerdotes, tenent manus dexteræ extensas super illos. Et Pontifex stans cum mitra dicit: *Oremus Fratres charissimi &c.* Ecce secunda ceremonia.

Sequitur tertia; Pontifex sedet accepta mitra, & reflectit orarium sive stolam ab humero sinistro cuiuslibet, capiens partem, quæ retro pendet, & imponens super dexterum humerum, aptat eam ante pectus in modum crucis, singulis dicens: *Accipe iugum Domini, iugum enim eius suave est & onus eius leve.*

Quarta: Postea imponit cuiuslibet successivè casulam usque ad scapulas, quam quilibet teneat super humeros complicatam; à parte anteriori dorsum dependentem, singulis dicens: *Accipe vestem Sacerdotalem, per quam charitas intelligitur; potens est enim Deus ut auget tibi charitatem & opus perfectum.*

Quinta ceremonia est unctio manuum cum oleo Cathecumenorum, dicente Pontifice: *Consecrate & sanctificare digneris Domine manus istas*

Impugnatur.

83. Alia responsio auctoris.

Impugnatur.

84. Tertia responsio.

Refutatur.

85. Ultima responsio auctoris.

Reprobatur.

86. Prima et secunda monia, quæ Ecclesia adhibet in Ordinatione Sacerdotis.

Secundæ.

87. Tertia.

Quarta.

88. Quinta.

per

per istam unktionem & nostram benedictionem: & quacumque benedixerint, benedicantur, & quacumque consecraverint, consecrentur & sanctificentur in nomine Domini nostri Iesu Christi.

Sexta. Sextam ceremoniam sic describit Pontificalis: Omnium manibus unctis & consecratis, Pontifex pollicem micæ panis tergit; tum tradit cuiuslibet successive calicem cum vino & aqua, & patenam superpositam cum hostia, & ipsi illam accipiunt inter indices & medios digitos, & cuppam calicis & patenam simul tangunt, Pontifice singulis dicente: Accipe potestatem offerre Sacrificium Deo, missasque celebrare tam pro vivis, quam pro defunctis. In nomine Domini.

39. **Septima.** Iste sex ceremoniarum perficiuntur antequam cantetur Euangelium. Porro Euangelio cantato, & factâ oblatione, consecratione, & communionem, sequitur secunda impositio manuum, in ordine septima ceremonia, quæ talis est: Pontifex cum mitra sedens super altarium ante medium altaris imponit ambas manus super capita singulorum coram eo genuflectentium, dicens cuiuslibet: Accipe Spiritum sanctum, quorum remisit peccata, remittuntur eis; & quorum retinueris, retenta sunt.

Octava. Deinde explicans casulam, quam unusquisque habet super humeros complicatam, induit illam quemlibet, singulis dicens: Stola innocentia induat te Dominus.

90. **Nona.** Et mox unusquisque (hæc est nona ceremonia) iterum ad Pontificem accedit; & genuflexus ponit manus suas iunctas inter manus Pontificis dicens cuiuslibet, si suus est Ordinarius: Promittis mihi & successoribus meis reverentiam & obedientiam? Et ille respondet: Promitto. Si vero Pontifex non est suus Ordinarius, dicit singulis, cum manus eorum inter suas tenet, ut præfertur. Promittis Pontifici vel Prælato, Ordinario tuo, pro tempore existenti reverentiam & obedientiam? Et ille respondet: Promitto. Tunc Pontifex tenens manus illius inter suas, osculatur unumquemque, dicens: Pax Domini sit semper tecum. Et ille respondet: Amen.

Ultima ceremonia. Denique Pontifex surgit cum mitra & baculo, & Presbyteris coram eo adhuc genuflexis benedicit, dicens voce competenti: Benedictio Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus sancti descendat super vos; ut sicut benedicti in Ordine Sacerdotali; & offeratis placabiles hostias pro peccatis atque offensibus populi omnipotenti Deo, cui est honor & gloria per omnia secula seculorum.

91. **Sexta ceremonia est essentialis.** Quæstio nunc est; quænam ex præfatis ceremoniis sint essentielles huic Ordinationi, ita ut Ordinatio aliter facta sit invalida. Equidem hodie Omnes ferè admittunt, sextam ceremoniam, id est, traditionem calicis cum vino, & patenæ cum pane, esse essentialem, ita ut eâ, etiam per errorem omisâ, reliquis omnibus adhibitis, Ordinatio non valeat, & ordinatus nullam habeat potestatem consecrandi Corpus & Sanguinem Christi.

Probatio in promptu est; quoniam hæc traditio, cum verbis correspondentibus, Florentinum in Decreto Eugenii assignat pro materia & forma Presbyteratus dicens: Sacramentum est ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionem confertur Ordo, sicut Presbyteratus traditur per calicem cum vino & patena cum pane porrectionem. Et infra: Forma Sacerdotii talis est: Accipe potestatem offerendi Sacrificium in Ecclesia pro vivis & mortuis, in nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti.

Hercule cum ea verba tam aperte significant potestatem, seu dationem & acceptionem potestatis offerendi Sacrificium, quæ oblatio est actus principalis Sacerdotii, non videtur posse negari illis verbis ratio formæ Sacramentalis, per consequens traditioni calicis cum vino, & patenæ cum pane, quæ proximè per ea determinatur, ratio materiæ Sacramentalis; præsertim cum in aliis præcedentibus ceremoniis immo & subsequentiibus similia verba non habeantur, tam explicitè significantia potestatem sacrificandi; neque adhibeantur similia legalia realia, aded expressè repræsentantia materiæ Sacrificii.

Hinc post prædictam ceremoniam in Pontificali Ro. appellantur sæpius Presbyteri & reliqui Sacerdotes, præscribiturque, ut cum Episcopo verba consecrationis eodem momento dicant præferant, neve Presbyteri ante communionem dicant confessionem, ne detur eis oblatio, eò quòd concelebrent Pontifici sine Episcopo: ergo censet Ecclesia ipsos tunc habere potestatem consecrandi. Ergo censet illam traditionem esse materiæ essentialem, & illa verba: Accipe potestatem &c. (similia utique verba Christi, quibus consecravit Apostolos Sacerdotes: Hoc facite in meam commemorationem) esse formam essentialem.

Et quoniam hæc traditio, cum his verbis, aded explicitè repræsentat potestatem consecrandi, per se sufficiens est, ut sit adequata materiæ & forma. Interim quia Scripturæ, SS. Patres, & aliqua Concilia dicunt, ut Omnes fatentur, Sacerdotium confertur per manuum impositionem; hinc nonnulli putant, non tantum postremam manuum impositionem, sed etiam primam esse partialem materiæ. De reliquis ceremoniis non movetur quæstio essentialis; sed communiter dicunt Theologi, eas non esse essentielles, sed tantum accidentales. His ergo relictis, videamus, si utraque impositio manuum, aut saltem postrema, sit materia essentialis.

Aliqui dicunt, apud Latinos Sacerdotium ordinari etiam per manuum impositionem; quæ ipsa traditio instrumentorum est quædam impositio manuum, cum in illo actu Episcopus extendat manus, & quodammodo eas imponat conjungendo manus suas, mediante calice & patena, manibus ordinandi.

Secl. 2. De Materia & Forma Ordinari. Concl. 4. 539

Hinc Doctor Seraphicus 4. dist. 24. p. 2. a. 1. q. 4 ad 1. Ad illud, inquit, quod obicitur de manu impositione, quod non reperitur in omnibus, ratio iam dicta est: reperitur tamen aliquid simile, quia collatio alicuius instrumenti, in quo est pro- tensio manus.

Sed contra; inde tantum sequitur, quod traditio instrumentorum sit aliquid simile impositioni manuum, sive impositio manuum improprie dicta. PP. autem & Concilia intelligenda sunt proprie, nisi aliquid obstat.

Neque tantum loquuntur de simplici impositione manuum, sed etiam de impositione manuum super caput ordinandi. Concil. Carthagin. 4. cap. 3. Presbyter cum ordinatur, Episcopo eum benedicente, & manum super caput eius tenente &c. Clem. Rom. lib. 8. Constit. cap. 16. sic ait: Cum Presbyterum ordinas Episcopo, impone ipse manum capiti Presbyteri. Innocentius primus Epist. 22. ad Episcopos Macedoniae 3. ibi: Cum nos dicamus, ab haereticis ordinatos vulneratum per illam manus impositionem habere caput, ubi vulnus infixum est, medicina est adhibenda, ut possit recipere sanitatem &c.

Item Dionysius Areopagita de Ecclesiastica Hierarchia c. 5. ibi: Sacerdos utroque poplite ante altare flexo, in capite habet dexteram Pontificis. Et S. Augustinus lib. 5. de Bapt. contra Donat. cap. 20. Si ergo (inquit) ad hoc valet, quod dictum est in Evangelio, Deus peccatorem non audit, ut per peccatores Sacramenta non celebrentur, quomodo exaudit homicidam deprecantem, vel super aquam Baptismi, vel super oleum, vel super Eucharistiam, vel super capita eorum, quibus manus imponitur, quae omnia tamen & sunt, & valent, etiam per homicidas. Quis autem dixerit, Episcopum imponere manum capiti ordinati, dando illi calicem & patenam cum hostia & vino?

Quinimo Concilium Carthaginense quartum cap. 5. expressè distinguit impositionem manuum contra traditionem instrumenti, dicens: Subdiaconus quia manus impositionem non accipit, patenam de Episcopi manu accipiat vacuam, & calicem vacuam. Similiter D. Bonaventura supra in corp. ibi: In Ordinibus sacris, quoniam datur ibi nobis potestas & excellens, fit manus impositio, non tantum instrumenti traditio.

Itaque Scripturae & SS. Patres, quando docent, Sacerdotium conferri per manuum impositionem; similiterque Diaconatum, non possunt intelligi de impositione improprie dicta, sive de sola instrumentorum traditione.

Hinc communis sententia agnoscit postremam saltem impositionem manuum, cum illis verbis: Accipe Spiritum sanctum &c. agnoscit, inquam, esse materiam & formam essentialem. Vide Concl. 7. Sect. praeced. ubi diffusius de hac re egimus, nec aliquid occurrit hic addendum.

Sola restat difficultas; an etiam prima impositio manuum, quae fit sine ulla forma ver-

borum, sit materia essentialis. Affirmat Lugo de Sacramentis disp. 2. n. 98. dicens, Ecclesiam Latinam retinuisse priscum illum ritum, ab Apostolis introductum, ordinandi Sacerdotem per manus impositionem; illam tamen materiam magis explicitam reddidisse, adjungendo traditionem panis & vini, ita ut ex manibus impositione, & traditione panis & vini, fiat una integra materia magis explicita cum forma, quae tunc profertur, explicante potestatem solam ad sacrificandum.

In qua utique sententia siquid constat, Sacerdotem, non solum quae iudex, sed etiam quatenus potissime Sacerdos est, ordinari per manus impositionem; nam Sacerdos est in ordine ad Sacrificium. Quare cum Patres & Concilia dicant, Sacerdotem ordinari & fieri per manus impositionem, de Sacerdotio, ut Sacerdotio videntur debere intelligi, ita ut non possit admitti, prius aliquem esse verè & essentialiter Sacerdotem, quam ei manus imponatur. Quod tamen in opposita sententia admittendum est.

Sanè Ambros. in Epist. 1. ad Timot. cap. 4. clarè & disertè explicat, per manus impositionem tribui Sacerdoti potestatem ad offerendum Sacrificium. Manus (inquit) impositiones verba sunt mystica, quibus confirmatur ad opus electus, accipiens auctoritatem, teste conscientia sua, ut audeat vice Domini Sacrificium Deo offerre.

Et Concilium Carthaginense quartum c. 3. expressè meminit prioris impositionis manuum. dicens: Presbyter cum ordinatur, Episcopo eum benedicente, & manum super caput eius tenente, etiam omnes Presbyteri, qui praesentes sunt, manus suas iuxta manum Episcopi super caput illius teneant.

Nec obstat, hanc impositionem manus fieri absque prolacione formae, cum tamen materia debeat esse simul cum forma, quia non ita distat à formae prolacione, quae postea subsequitur, dum traditur calix, ut non censeantur habere propinquitatem moralem sufficientem; neque enim debet esse coexistentia physica, ut constat in Diaconis, quibus omnibus simul dicitur forma, & postea successivè tangunt librum.

Quare (inquit Lugo supra n. 99.) si ordinantur simul centum Diaconi, procul dubio esset magna distantia physica inter prolacionem formae & contactum libri respectu ultimi; sed tamen est sufficiens praesentia moralis, quia eadem actio moraliter continuatur absque interruptione morali.

Sic etiam postquam impositae sunt manus Sacerdotibus, usque ad illa verba: Accipe potestatem &c. eadem actio moralis continuatur; unguendo illos & preparando, ut magis congruè recipiant gratiam S. Spiritus. Postea verò explicatur magis materia, & apponitur alia pars eiusdem materiae simul cum forma: quare distantia illa quaecumque illa sit, non tam est inter materiam & formam, quam inter partem, & partem.

Y y 2 ma-

1. Impositio
Affirmat
Lugo

97.
Probatur ex
S. Ambros.

& Conc.
Carth. 4.

98.
Occurrit
objectioni.

Lugo

99.

94.
Intellectus
sine oppug-
natur.

Conc. Carth. 4.

Clemens
Rom.

Innoc. I.

S. Dionysius.

S. Augustinus.

95.
Carth. 4. ex-
pressè di-
stinguit in-
ter imposi-
tionem
manuum &
traditionem
instrumenti.
C. 5. etiam
S. Bonaven-

Postrema
impositio
manuum est
essentialis.

96.
An etiam

Partes materiae non debent sibi invicem coexistere physice.

materiae, quas certe non oportet sibi invicem coexistere physice ut videmus in Sacramento Pœnitentiæ, in quo confessio & actus doloris longo plerumque temporis intervallo dissident: in Matrimonio autem consensus & verba unius conjugis, quanto tempore possent distare à consensu & verbis alterius?

Sufficit ergo moralis unio, quæ pensanda est ex natura & qualitate actionis: quare cum de creando Sacerdote agitur, tota illa actio, quibus ei insignia, vestes, instrumenta, & alia solemniter dantur, censetur esse una & eadem actio; sicut coronatio etiam Pontificis vel Regis, longo tempore protrahitur, & in plures actiones divisa, variisque solemnitatibus interrupta, eadem tamen actio moraliter reputatur. Ita Eminent.

100. Confirmatur sententia Lugonis ex Ordinatione Diaconi.

Et pro confirmatione adfert Ordinationem Diaconi, quæ fit per manuum impositionem, & per traditionem libri; ubi, inquit, negare non possumus, impositionem manuum pertinere ad materiam illius Ordinationis, saltem partialiter; tum, quia Patres, & Concilia, immo & Scriptura semper dicunt, Diaconum fieri per manuum impositionem; tum, quia quando Diaconum manus imponitur, dicuntur illa verba ab Episcopo: *Accipe Spiritum sanctum* &c. de quibus verbis Concilium Tridentinum sess. 23. can. 4. definit esse verba efficacia & causativa gratiæ, sic enim ait: *Si quis dixerit, per sacram Ordinationem non dari Spiritum sanctum, ac proinde frustra Episcopus dicere: Accipe Spiritum sanctum; anathema sit.* Quare non video, quomodo post hanc definitionem Tridentini aliqui opinentur, per illa verba non dari Spiritum sanctum, sed intelligi solum per modum cujusdam deprecationis.

Con. Trid.

Debemus igitur illis verbis, & actioni, quæ cum illis fit, tribuere aliquam efficacitatem, saltem partialem in ordine ad gratiam Sacramentalem: nemo autem dicit, minoris efficacitatis esse impositionem manuum super caput Sacerdotis, quàm super caput Diaconi; immo ex ipso externo ritu constat, esse aliquid majus, cum Diaconis solus Episcopus imponat unam manum; Sacerdotibus verò imponat singulis utramque manum, cui alii Presbyteri consentiunt, imponentes & ipsi manus eisdem, quæ omnia ostendunt, aliquid magnum mysterium in illa manuum impositione contineri. Hucusque Lugo.

101. Objectio.

Si autem objicias; quia non solum Episcopus, sed etiam alii Sacerdotes imponunt manus, ideo hæc impositio non est essentialis materia; cum materia debeat applicari ab eo, qui profert formam; ille autem est solus Episcopus.

Solvitur.

Respondetur: & ideo fortè sola impositio manuum Episcopalis est essentialis. Quid si enim nullus Sacerdos præter Episcopum adesset, num ideo Episcopus invalidè ordinaret? Non dubito, quin adhuc validè ordinaret.

Quamquam nec inde satis probetur, impositionem manuum Sacerdotalium non esse ma-

teriam essentialem; quia puto, quod etiam videret Ordinatio, tamen nec ipse Episcopus imponeret manus, est illa impositio foret materia essentialis: sicuti trina mensio in Baptismo est materia essentialis, si præcedat formam, est unica sufficeret. Ergo similiter impositio manuum Episcopi, aut etiam aliorum Sacerdotum, posset esse materia essentialis, si præcederet formam: *Accipe potestatem* &c. tametsi absolute non foret necessaria.

Et ideo cap. *Si Presbyter* 2. de Sacramentis non iterandis, bene dicitur, impositionem manuum omniam cautè esse supplendam, non tamen Ordinationem iterandam, ibi: *Quod si omisum fuerit, non est aliquatenus iterandum (quod factum fuit, scilicet traditio calicis) sed statim tempore ad huiusmodi Ordines conferendas, tantum supplendum (putà impositionem manuum) quod per errorem extitit præmissum.*

Vel enim intelligitur prima impositio manuum, ut aliqui putant, eò quod statim subiungatur: *Suspensio autem manuum debet fieri, non oratio super caput effunditur ordinandi; & recipitur, Ordinationem non esse iterandam, quia valida fuit traditio calicis, & secunda impositio manuum; adeoque totum Sacramentum. Suppleri tamen debet impositio prima calicis, quia licet tunc non possit amplius esse Sacramentalis, defectu formæ; equidem habet adhuc rationem ceremoniæ sacræ satis notabilis, & antiquissimæ; & ideo Ecclesia voluit eam suppleri, ut supra diximus, quàmvis aliter ceremoniæ, v. g. impositio vestimentorum, & similes, non deberent suppleri.*

Vel intelligitur illud jus de secunda impositione manuum, ut alii volunt, qui hoc *suspensio*, legunt *ly Impositio*; neque sic, quod factum est, scilicet traditio calicis, iterandam debet, quia valor ejus non pendet ab hac impositione, ut supra dictum est; suppleri tamen debet impositio manuum omnia, ut potè partialis Sacramentum, per quod conferretur potestatem solvendi.

Omnibus ergo perlectis & scrutatis, existimo contra Vasquezium disp. 239. cap. 2. in primis aliquà probabilitate dici posse, primam manuum impositionem ad materiam essentialis Sacramenti pertinere, cum per illam videatur conferri potestas sacrificandi; per illam, inquam, non solum, sed et conjunctam moraliter traditioni calicis & verbis correspondentibus. Immo hanc doctrinam probabilissimam vocat De castillo tract. 1. de Sacramentis disp. 1. n. 286.

Interim communior sententia postulat, ut dumtaxat impositionem agnoscat pro materia essentiali partiali, & in illa censet satis verba Scripturas, supra allegatas; quia potestas illa judicialia ad absolvendum peccata, est pars ejusdem Sacramenti, ut proinde ratione longè partis rectè dicatur, constitui & ordinari Sacerdotem etiam per impositionem manuum.

104. Resp. ad D. Ambros.

Ambrosius verò vel minùs propriè sumpsit impositionem manuum pro traditione instrumentorum, vel fortè, pro illa prolatione verborum; siquidem ait: *Manùs impositiones verba sunt mystica*: vel non intellexit formalem ipsam Ordinationem, sed ceremoniam illam, quã significatur roboratio & confirmatio quãdam, ut ex auctoritate, quam in tota ea actione accipit, confidat & audeat Sacerdos Sacrificii ministerium exercere.

Conc. Carthag.

Similiter Concilium Carthaginense intellexit de preparatione quadam antecedenti ad formalem Ordinationem, non de ipsamet Ordinatione. Alioqui oporteret dicere, eam impositionem manuum, etiam ab aliis Presbyteris simul cum Episcopo, esse de substantia, quod nullatenus potest dici. Nec in reliquo discursu intendit Concilium illam præviam impositionem esse de Ordinationis substantia. Itã Aversa hic q. 2. sect. 8. vers. *Nec etiam*.

105. Alii respondent.

Sed meliùs respondetur: ut Ambrosius & Concilium Carthaginense locuti fuissent de formali Ordinatione, eundem de illo tempore, quo fiebat hæc Ordinatio absque traditione instrumentorum, per solam manuum impositionem, cum verbis correspondentibus, ut videtur colligi ex Ambrosio ibi: *Manùs impositiones verba sunt mystica*, id est, ut Aliqui explicant; cum verbis mysticis; & ex Concilio Carthaginensi ibi: *Presbyter cum ordinatur Episcopo eum benedicente*, scilicet verbaliter, seu verbis mysticis &c.

At verò hoc nostro tempore, postquam Ecclesia præscripsit traditionem calicis, quæ magis expressè significat potestatem sacramentalem, & abrogavit verba mystica in impositione manuum, minimè necessarium est, ut hæc impositio manuum sine verbis, sit & censetur esse materia essentialis, ex hypothesi, quòd Ecclesia possit in particulari determinare hanc vel illam actionem, juxta superiùs dicta.

106. Respondetur ad argumentum Lugonis de sumptibus ex propinquitate moralibus.

Quantùm ad propinquitatem moralem illorum verborum: *Accipe potestatem* &c. si illa sufficit, ut impositio manuum sit materia essentialis, cur non etiam, ut unctio manuum, & aliæ ceremoniæ præcedentes, quæ minùs distant? Tametsi enim habeant verba sibi correspondentia, at tamen quid obstat, ut etiam per ista: *Accipe potestatem*, determinentur ad significandam potestatem offerendi Sacrificium, sicuti determinatur impositio manuum?

Nonne Eminente fatetur, totam illam actionem, quibus Sacerdoti insignia, vestes, instrumenta & alia solemniter dantur, esse unam & eandem moraliter actionem? Cur ergo non possit tota illa actio determinari ab illis verbis: *Accipe potestatem* &c. & per consequens cur tota non debeat censi materia essentialis?

Quod addit Lugo: Diaconis omnibus simul dicitur forma, & postea successivè tangunt librum, redarguitur ex Ponticali Romano Tit:

de Ordinatione Diaconi, ibi: *Postremò Pontifex accipit & tradit omnibus librum Evangeliorum, quem manu dexterã tangunt, dicens: Accipe potestatem legendi* &c. Si autem omnibus simul diceret, deberet dicere: *Accipite potestatem* &c. Et ut ita aliquando fuerit, & adhuc esset, tunc disparitatem do; quòd inter prolationem formæ, & contactum libri respectu ultimi, non intercedant aliæ actiones, quæ non determinantur à forma, antea prolata, sicuti impræsentiarum intercedunt multæ actiones, quæ non determinantur à forma subsequente, vel si omnes determinentur, omnes erunt materia essentialis, quod est contra communem sententiam.

107.

Item ad confirmationem de Ordinatione Diaconi.

Ad confirmationem Lugonis respondetur; etiam post Concilium Tridentinum plures affirmare, impositionem manùs non esse materiam essentialem Diaconatus, ut supra vidimus. Et dato; quòd esset; disparitas, quòd hæc fiat cum prolatione verborum; illa autem sine verbis. Ut autem ex hoc non sit dignior Ordinatio Diaconi, quàm Sacerdotis, sufficit, quòd in Sacerdotio postrema impositio manuum, quæ fit cum mysticis verbis, conferat Spiritum sanctum.

108.

Obiectio.

Si dixeris; ante ultimam impositionem manuum Pontificale Romanum, ut supra diximus, sæpius eos appellat *Presbyteros*, & *Ordinatos Sacerdotes*; ergo hæc impositio impertinens est ad essentialem Ordinationem Sacerdotis; ergo non confert Spiritum sanctum.

Solutio.

Respondeo; Pontificale intelligendum esse de Ordinatione Sacerdotis quoad partem principalem (à qua hic sumitur denominatio) scilicet in ordine ad consecrationem seu Sacramentum, etsi adhuc complenda per potestatem absolventi; quæ etiam ipsis Apostolis, ut præcedenti Sect. Conclus. 7. ostendimus, fuit separatim post Resurrectionem tradita Ioan. 20. eadem planè formã verborum.

Hinc Episcopus ordinans, peractã hæc manuum impositione, statim explicat casulam, quàm quilibet ordinandus priùs habebat complicatam super humeros, & ea unumquemque induit, ut significet Sacerdotem utramque jam potestatem Sacerdotii, ac proinde integri Sacerdotium accepisse, quòd illucisque integrum non acceperat.

109.

Alia obiectio.

Angelus Herincx.

Si præterea obijcias; in quibusdam Pontificalibus non præscribitur ista manuum impositio, cum his verbis: *Accipe Spiritum sanctum* &c. ut refert Angelus verb. Ordo. 1. n. 5. sicut nec in antiquo Ordine Romano tom. 8. Bibli. Patrum. Deinde testatur Herincx hic n. 39. se vidisse, quòd illa verba non habeantur in ingoi & antiquo M. S. Ponticali, quod asseratur in Bibliotheca Collegii Lovaniensis Societatis Iesu: ergo non est credendum, illam impositionem cum prædictis verbis esse materiam & formam essentialem.

Respondet Herincx supra: standum potius est

Resp. Herincx.

est Pontificali Romano, quod probavit Ecclesia Romana omnium aliarum magistra. Sanè in Sacramentario Gregorii, edito per Hugonem Menardum, & quibusdam manuscriptis ab eo relatis, omittitur ipsa traditio calicis cum vino, & patenæ cum hostia, & forma correspondens. Deinde in præfato Codice M. S. post unctionem manuum cum verbis correspondentibus, dicantur teritiò jam *Ordinati*, priusquam eis sit applicatus calix & patena cum forma: *Accipe potestatem* &c. & tamen constat ex Florentino, hanc traditionem cum verbis esse materiam & formam. Facile autem potuit in similibus scriptis esse per errorem aliquid omisum: aut certe Ecclesia potuit olim determinasse aliam materiam & formam. Hactenus Herinex.

110.
Iudicium
Auctoris.

Ego autem miror, cum hæc res pendeat à determinatione Ecclesiæ, ut plerique docent, & Ecclesia sciat tot diversas sententias de materiis & formis Sacram. Ordinis; miror, inquam, non clariùs exprimere suam mentem seu determinationem, sicut commodè posset facere. Ceterum quamdiu Ecclesia id non facit, liberum manet unicuique, speculativè loquendo, hanc vel illam sententiam sequi; in praxi tamen amplectenda est illa, quæ minùs habet periculi, Sacramentum invalidè ministrandi. Nunquam ergo Episcopus omittet traditionem calicis, nunquam secundam impositionem manuum; cum absque illa non detur potestas sacrificandi, seu consecrandi, & sinè hac Sacerdos non accipiat potestatem absolvendi.

An sufficiat
calix vacuus
& patena
vacua?

Sed nunquid sufficiat calix vacuus & patena vacua? Solutio hujus quæstionis erit

CONCLUSIO V.

Ordinatio Sacerdotis, deficiente vino in calice porrecto, aut hostia in patena, est invalida.

111.
Probatur
pars negati-
va ex Flo-
rent. Pontif.
Rom. &
perpetua
praxi.

Probatur ex Florentino, assignante pro materia Presbyteratùs porrectionem calicis cum vino, & patenæ cum pane, nec est ulla ratio dicendi, vinum & panem tantùm assignari pro materia necessaria ex præcepto; immo potiùs de calice & patena id posset dici, quia illa vasa non sunt materia Sacrificii, sed panis & vinum; voluit autem Ecclesia significare potestatem sacrificandi per porrectionem materiæ Sacrificii: unde existimarem validam Ordinationem, quæ fieret per porrectionem panis immediatè sinè patena, & porrectionem vini sinè calice aut alio vase, si posset sic porrigi.

Fateor, Ecclesia poruisset determinare calicem vacuum, & patenam vacuum, volens per continens significare contentam materiam Sacrificii; sed quod potuit facere, fecisse; unde constat? Potiùs contrarium constat ex Floren-

tino, Pontificali Romano & perpetua praxi. Nec obstat; quòd Florentinum in illo Decreto ponat aliqua, quæ non videntur esse essentialia pro materia Sacramentorum, ut quando dicit, Sacramenti Extremæ unctionis materiam esse septem unctiones. Similiter quod Pontificale Romanum multa præscribit, & eadem perpetua praxis observet, quæ tamen solum sunt necessaria necessitate præcepti.

Hæc, inquam, non obstant; quia tunc aliud habemus urgens argumentum negandi necessitatem Sacramenti, ut in Extremæ unctionis auctoritatem Rit. Rom. quod dicit duas unctiones in feminis debere omitti, & sic de aliis; hic tamen tale argumentum non habemus, & ideo asserendum, Florentinum eo loco de materia necessaria necessitate Sacramenti, nullè locutum.

Cùmque æqualiter loquatur de pane & vino, videtur plerisque Theologis, Ordinatio alterè facta, sub conditione saltem repetenda, in eo, qui vellet actus ejus exercere, ne aliquis de eo exponat periculo semper invalidè consecrati, & (quod gravius est) etiam invalidè absolvendi, cum gravissimo periculo salutis peccantium.

Ex quo patet, quare dixerim; *In eo, qui vellet actus ejus exercere*; nam si nolit eos exercere, sed manere ac si esset laicus, cessat omne periculum, tum invalidæ consecrationis, tum invalidæ absolutionis; cur ergo obligetur ad eam repetitionem?

Dixi etiam; *Plerisque Theologis*; quia Henricus lib. 10. c. 6. n. 1. sic aliter. Materiam illi, qui Sacerdotio initiatur, integra ex præcepto est traditio calicis cum vino, & patenæ cum hostia, quia & Sacrificium Missæ ex præcepto fit utraque specie; at traditio valis cum altera specierum videtur esse materia sufficiens, ita ut si id ex oblivione contingat non sit hic Ordo iterandus ex necessitate; nec enim divinis datur potestas in unam speciem, sed qui potest alteram, potest & utramque speciem consecrare. Ita Henricus, & ego, inquit, Diana part. 3. tract. 4. resol. 186.

Sed Diana sententiam suam mutavit part. 4. tract. 4. resol. 119. ibi: Sed ipse (Tascari) hic disp. 7. q. 2. dub. 4. n. 94.) & merito dicit, Sacramentum in tali calu esse nullum & invalidum. Ubi cum approbet sententiam Tascari, videtur recedere à sententia Henrici, quam supra approbaverat.

Et merito recedit, quia saltem probabilis est, hujusmodi Ordinationem non valere; in praxi autem quando de valore Sacramentorum agitur, non sufficit sequi sententiam speculativè probabilem, sed oportet sequi sententiam tutiorem, maxime in re tanti momenti, sicut est Ordinatio Sacerdotis, ex qua sequuntur tot Sacrelegia, si reverà Ordinatio fuerit invalida.

& Henricus non satis sibi conflat.

Unde & ipse Henricus (non satis sibi confians) lib. 10. c. 10. n. 2. ait : Quando dubium est, an aliquid de omisiss, sit de substantia Ordinis, præsertim Sacerdotalis, repetatur sub conditione. Et n. 3. in fine : Quæ incommoda, inquit, quæ fieri potest certitudine vitanda sunt : ut qui probabili opinione dubitat de suo contactu, aut de simultanea conjunctione materiæ & formæ, moneat serid Episcopum, & quoad potest compellat statim repetere formam & alia necessaria supplere.

116. Repetendum esse Ordinationem sub conditione est communis sententia.

Ergo consimiliter, qui certus est defuisse vinum in calice, aut probabiliter dubitat, cum hoc ipso probabiliter dubitet, an sit verus Sacerdos, ad evitanda incommoda supra enumerata, scilicet invalidas consecrationes, & abolutiones, serid moneat Episcopum, & quoad potest compellat statim repetere formam, & alia necessaria supplere. Ita communiter DD.

Villalobus.

Quos sequitur Villalobos in Summa tract. 11. diff. 4. n. 1. ubi sic scribit : Respondeo, quod Concilium Florentinum dicit hoc modo : *Sextum Sacramentum est Ordinis, cuius materia &c.* Ex quo inferitur, quod si in Ordinatione Sacerdotis non fuisset vinum in calice, aut hostia non fuisset triticea, non manet ordinatus, quia non fuit sufficiens materia, sicut dicit M. Ledesma in Summa tract. de hoc Sacramento c. 3. diff. 3. Verum quia Henricus lib. 20. c. 6. cum aliis tenet contrarium, si contingeret casus (sicut contigit duabus vicibus hoc tempore) quod per negligentiam non poneretur vinum, deberet reiterari Sacramentum sub conditione, sicut factum fuit in illis casibus ; & hujus opinionis fuerunt plures docti hujus Universitatis & aliarum partium, qui fuerunt desuper consultati.

M. Ledesma, Henricus.

117. Occurrit obiectio.

Nec obstat ; quod Innocentius tertius c. 1. de Sacramentis non iterandis, non præcipiat reiterari Sacramentum Confirmationis, in iis, qui fuerunt confirmati cum oleo sine balsamo, quia cum Omnibus dicit Suarez tom. 3. disp. 33. sect. 1. §. *Ultimo constat*. quod non possit negari, quin eo casu & aliis similibus debeat iterari, non obstante, quod Pontifex illud non præcipiat. Ita hic Auctor. Deinde disparitas est, quod ex invalida Confirmatione non sequantur illa inconvenientia, quæ sequuntur ex invalida Ordinatione Sacerdotis, ut clarum est.

Quidquid ergo sit de speculativa probabilitate, tum propter rationem supra allegatam ex Henricus, tum quia Sacrificium videtur essentialiter consistere in consecratione unius tantum speciei, dico iterum, Ordinationem sic factam, sub conditione esse reiterandam.

118. Resp. ad rationes pro opposita sententia.

Et præterea responderi posset ad illas rationes ; solum probare, quod Ecclesia potuerit determinare pro materia hujus Ordinationis, porrectionem unius tantum speciei ; fecisse autem, quod potuit facere, sicut antea dixi, ex nullo jure scripto aut consuetudinario constat ; sed potius contrarium, scilicet determinasse porrectionem utriusque speciei.

Hinc in tertia Synodo Goana, quam Vincentius Fonseca indixerat, Mar Abraham confessus, se dum Sacerdotio suos iniciat, calici, dum cum hostia traditur, vinum indere non consueisse, jubetur iterum eundem Ordinem conferre iis, quos hoc modo ordinat. Synodo dissoluta ad suos abit, promissorum nihil omnino complens, præter perperam ordinatorum Ordinationem. Ita refert Petrus Iarricus Theologorum Ind. tom. 3. lib. 2. c. 7. fol. 71. & 72. Ubi aperte vides, propositum casum ab illa Synodo Goana, juxta eam ; quæ diximus, jam pridem fuisse decisum.

Quando ergo Scotus 4. dist. 24. q. unica n. 9. postquam dixit, dari probabiliter in Sacerdotio duas formas partiales, subdit : *Istis coniunguntur due materia, hoc est, duo signa visibilia propria : forma prime Traditio Calicis & Patenæ cum hostia &c.* non fuit intentionis ejus excludere vinum ; quia de illa controversia ibi non agebatur, sed unam tantum materiam specificavit exempli gratia, supponens communem usum Ecclesiæ, porrigentis utramque materiam, satis omnibus notum.

119. Explicatur doctrina Scoti.

Unde etiam dist. 19. q. unica n. 11. nullam materiam nominavit ; imo nec patenam, sed solum calicem dicens : *Sicut sunt due potestates ; ita duo characteres, & uterque imprimitur in signo proprio sensibilibus ; significante illud invisibile : ut potest primus in datione Calicis cum illis verbis : Accipe potestatem celebrandi &c.*

120. Qui in casu proposito iteraret Ordinationem, non fieret irregularis.

Itaque nemini dubium esse potest, quin saltem liceat in casu proposito Ordinationem iterare ; adeoque qui iterarent nullam prorsus incurrerent irregularitatem aut censuram. Sed numquid aliquam incurrerent, qui non iterarent, & ad Episcopatum ascenderent, aut in suscepto sic Ordine ministrarent ?

Respondeo negativè ; si bona fide existimarent, se validè ordinatos, neque esse obligationem iteratæ Ordinationis sub conditione. Patet ; quia ista bona fides excusat à peccato, per consequens à censura, & ab irregularitate, infligta propter peccatum, ut est illa, quæ incurritur propter exercitium Ordinis, quem quis non habet.

121. An sit probabile, non esse obligationem iterandi Ordinationem.

Rogas ; an sit probabile, non esse obligationem iteratæ Ordinationis sub conditione ? Attendo Petrum Marchantium, virum satis doctum & resolutum, in quodam libello, intitulo : *Notabiles resolutiones variorum casuum*, cal. 1. de Sacramento Ordinis. In quadam (inquit) Ordinatione Sacerdotum, dum porrigeretur ab Episcopo calix & patena, tamquam materia Ordinationis, et si supra patenam fuerit posita hostia, in calice tamen inventum est vinum defuisse ; hinc Titio sic ordinato supervenit dubium. Quæritur primò : An Ordinatio deficiente vino in calice porrecto sit valida, & in illa Titius ritè & validè Sacerdos ordinatus sit ? Secundò ; an debeat Titius reordinari ?

Mag-

Magnam dubio causam dedit opinio quorundam Theologorum non mediocri auctoritatis, qui porrectionem calicis cum vino, sicut & patenæ cum hostia superposita, putarunt ita esse de materia essentiali ad Ordinationem Sacerdotis requisita, ut alterutro deficiente, Ordinatione nulla & invalida censeatur; quorum probatio principalis sumitur ex Concilio Florentino sess. 5. & in Decreto sive instructione Armenorum Eugenii P. pæ.

122. Partem negantem Marchantius attribuit Tannero;

Et Tannerus tom. 4. disp. 1. de Ordine q. 2. dub. 4. conatur hanc sententiam persuadere ex Concilio Tridentino, asserens contrariam sententiam falsam, erroneam, improbableem. Unde infert, Titium sic ordinatum absolute debere reordinari. Hæc ille, antequam resolvat casum propositum.

sed perperam,

Sed, pace tanti viri, videtur sine perspiciliis legisse Tannerum, id est, inspexisse, sed non perspexisse. Nam Tannerus illo dub. n. 94. sic ait: Respondetur 2. probabile nihilominus speculativè esse, Ordinationem factam, ut in casu supponitur, esse validam.

123. Probat pars affirmans ex Tannero.

Et probat n. 95. Quia tamen in Concilio Florentino utraque simul species, unà cum vasis adjunctis pro materia Sacerdotii, assignetur, quæ proinde etiam necessariò adhibenda; non tamen adeò certum & evidens videtur, utrumque conjunctim ad valorem & essentiam Ordinis Sacerdotalis requiri; quandoquidem etiam in materiis aliorum Sacramentorum assignandis, subinde conjunctim ponuntur quædam, de quibus, an ad essentiam & valorem Sacramenti requirantur omnia, etiamnum dubitatur. Ut in Sacramento Confirmationis ex parte materiæ requiritur balsamum, & quidem ab Episcopo benedictum; pro Extrema Unctione assignatur oleum, ab Episcopo benedictum, & tamen, an balsamum, & benedictio illa ad essentiam hujusmodi Sacramentorum requirantur, etiam hodie inter Doctores controversatur. Ita etiam pro materia Pœnitentiæ assignatur Satisfactio, quam tamen constat ad essentiam ejus non requiri.

124. Confirmatur.

Accedit; quòd & in formis etiam Sacramentorum proponendis, quædam subindè verba in eodem Concilio adduntur, quæ tamen omnium sententià constat, ad essentiam Sacramenti non requiri. Ita ergo etiam in proposito, etsi melior ratio suadeat, utramque materiam conjunctim ad essentiam Ordinis Presbyteralis pertinere; non tamen id undequaque ita liquidum est, ut contrariæ sententiæ non stet sua probabilitas. Hactenus Tannerus.

Quam sententiam Tannerus

Et n. 98. sic scribit: Respondetur tertio: Rectè tamen nihilominus, ac necessariò Ordinationem ita factam, saltem sub conditione fuisse iteratam, ac iterandam.

Quomodo, si Marchantius hæc perspexisset, potuisset in veritate dicere: Tannerus asserit contrariam sententiam, falsam, erroneam, im-

probabilem. Unde infert, Titium sic ordinatum absolute debere reordinari? Vis autem scire Lector, quam sententiam Tannerus asserat falsam, erroneam, improbableem? Quæ docet, hodie post Concilium Florentinum valere Ordinationem Sacerdotis, cum sola manuum impositione, absque traditione ullius instrumenti seu materiæ consecrationis.

Sed pergamus ad resolutionem Marchantii. Respondeo, inquit, Ordinationem illam Titii, factam per porrectionem calicis absque vino, fuisse omnino validam, & pro valida haberi debere; neque absolute, neque conditionaliter debere repeti in eo, cui calix sine vino, & patena cum hostia porrecta est.

Ratio mea fundamentalis est: quia nullo modo li fundamento vel Scripturæ, vel Definitionis Ecclesiæ, vel Traditionis, in Ecclesiâ cardinaliter receptæ, probari potest, porrectionem calicis cum vino esse de essentia materiæ Sacramenti Ordinis Sacerdotalis. Imò contrarium magis Scripturâ, Conciliorum auctoritate, & Traditione constat: ergo si omittatur vinum in calice, sive porrigatur calix absque vino, validatenus repetenda erit Ordinatio, eum tunc conditione. Quod explicio.

Tota ratio repetendi Ordinationem est: ubi verum & prædicum, quod de omissione alicujus essentialis in collatione Ordinis dicitur, atqui hic ex omissione vini in calice porrecto, nullum potest formari verum dubium prædicum de omissione alicujus essentialis in collatione Ordinis: ergo nulla est ratio repetendi Ordinationem, etiam sub conditione.

Minorem probò. Omne enim dubium in materia vel forma Sacramentorum, ut verè prædicè dubium reputetur, debet fundari in aliqua Scriptura, vel Decreto Ecclesiæ, vel Traditione certâ, cujus transgressio dubium prædicum movere possit. Non video unde allegari ab Auctoribus aliquid hujusmodi. Hæc ille.

Ego autem video, passim ab Auctoribus allegari Decretum Eugenii quarti. Patenter Cassanensis, neque in Scriptura, neque in Concilio Cæciliæ Thagineni fieri mentionem traditionis calicis atque patenæ; uti nec in sanctis Patribus, sed solius impositionis manuum expressè mentio fuit, adeòque multo tempore in Ecclesiâ non fuisse usurpatam porrectionem instrumentorum, putâ calicis cum vino, & patenæ cum hostia; immo de facto non usurpari in Ecclesiâ Græcâ, sed numquid inde bene concluditur e egypte factò in Ecclesiâ Latina illa porrectio non esse materia essentialis partialis, aut eeriè Ordinationis Sacerdotis in primitiva Ecclesiâ, & multo tempore post, caruit parte essentiali hujusmodi, & consequenter invalida fuit? Ita asseritur, & consequenter invalida fuit? Ita asseritur, tom. 3. tract. 6. tit. 6. q. 1. Co-roll. 1. §. Infero 4. Sed valde malè inferitur, Titium ostendo.

128. Marchantius docet, solum impositionem manuum esse materialem

Tantum prænoto; Marchantium q. citata per totam, multis argumentis velle hominibus persuadere, solum impositionem manuum esse materiam essentialem Ordinis Sacerdotalis, ita ut etiamsi nulla fieret traditio instrumentorum, dummodo adhiberetur una impositio manuum cum hac forma: Accipe potestatem offerre sacrificium &c. & altera impositio manuum cum hac forma: Accipe Spiritum sanctum &c. valida foret Ordinatio, neque repetenda sub conditione; adeoque traditionem instrumentorum, tantum præceptam esse ab Ecclesia, tamquam partem integram materiæ, nihilque aliud decernere Eugenium quartum in sua instructione Armenorum.

Sed aliter

Sed errat toto cælo; nam tota ejus probatio, & omnia argumenta, hoc unicum efficiunt, quod aliquando in Ecclesia fuerit illa Ordinatio validè facta solâ manuum impositione (cùm neque Scriptura, neque Concilia, neque Patres ante Stephanum Papam alicujus traditionis meminerint; sed neque Concilium Tridentinum) & usque modò in Ecclesia Græca validè fiat, quod nos libenter admittimus. Ergo etiam usque modò validè ferretur in Ecclesia Latina, illa Consequentia non valet; nec ab ipso Marchantio, consequenter loquendo, potest admitti, ut conabatur ad oculum ostendere.

129.

Marchantius loco citato in Tribu. tit. 5. q. 2. omnino verum existimat, Christum in institutione Sacramenti Ordinis, materiam illius ita instituisse, ut eam in singulari non determinaverit, sed tantum in genere, relinquens determinationem Ecclesiæ suæ, quæ successivis temporibus illam magis determinavit pro majori & expressiori significatione, & Mysteriorum gloria & decore.

Secundum March. impositio manuum non fuit adæquata materia Ordinationis Diaconorum

Hæc autem doctrinâ suppositâ, concludit primò: Impositionem manuum in Ordinatione Diaconi, non fuisse adæquatam materiam Ordinationis Diaconorum. Intelligit materiam essentialem, ut patet ex dicendis. Hæc Conclusio, inquit, supponenda est ad minus ex Concilio Florentino in Decreto illo sive instructione Armenorum: ubi declaratur, Sacramentum Ordinis conferri per libri Evangeliorum traditionem: ergo adæquatè non confertur per solam manuum impositionem. Hæc ille.

Et ego sic argumentor: In eodem Decreto seu Instructione Armenorum declaratur, Sacramentum Presbyteratus conferri per porrectionem calicis cum vino, & patenæ cum pane; ergo adæquatè non confertur per solam manuum impositionem.

130. Sed neque traditio libri Evangeliorum

Concludit Marchantius secundò: Traditio libri Evangeliorum non est adæquata materia Ordinationis Diaconorum. Hinc, inquit, Conclusionem probant Scriptura, Patres, Concilia, quæ impositionis manuum singulariter meminerunt, nullâ etiam mentione factâ traditionis libri Evangeliorum.

Concludit tertiò: Utraque igitur actio, tam impositionis manuum, quam traditionis libri Evangeliorum, pertinet ad materiam essentialem & adæquatam Ordinationis Diaconi, et si traditio libri Evangeliorum non fuerit semper isto individo & singulari signo expressa. Hæc Conclusio, inquit, inferitur ex superioribus. Cùm enim Scriptura, Patres & Concilia antiqua meminerint impositionis manuum, tamquam signi principalioris, eaque adhuc primariò usurpetur in Ordinatione Diaconi, non sine reverentia ab Ordinationis materia separaretur, sicut nec ob auctoritatem Concilii Florentini & usum modernæ Ecclesiæ ipsa traditio Evangeliorum. Hæc ille.

Utraque actio est materia essentialis & adæquata

Ego autem sic concludo: Ergo in Ordinatione Sacerdotis, ob auctoritatem Concilii Florentini & usum modernæ Ecclesiæ, sine temeritate non potest separari ab Ordinationis materia essentiali, porrectio calicis cum vino, & patenæ cum pane, nisi quis ostenderit mihi, sive ex ipsis verbis Concilii, sive aliunde, Concilium potius assignare materiam essentialem Diaconatus, quam Presbyteratus.

131.

Videtur Marchantius hanc difficultatem suboluisse, & ideo sibi ipsi objicit: si uterque ritus ad essentiam Ordinationis Diaconorum pertinet, ergo manuum administraverunt Sacramentum, qui prius per solam impositionem manuum illos ordinarunt. Et Concilium Florentinum, seu potius Eugenius quartus, mancam materiam in instructione Armenorum retulit.

Objicit: si uterque ritus ad essentiam Ordinationis Diaconorum pertinet, ergo manuum administraverunt Sacramentum, qui prius per solam impositionem manuum illos ordinarunt. Et Concilium Florentinum, seu potius Eugenius quartus, mancam materiam in instructione Armenorum retulit.

Respondeo, inquit Marchant, negandâ utramque Consequentiam: Ad primum itaque dico: Scripturam, Patres & Concilia, quæ solius impositionis manuum meminerunt, non negasse alteram materiam, quâ gratia & potestas, ad Evangelium legendum & prædicandum pertinens, conferebatur; illam verò non retulisse, quia pro ratione temporis alio fortè æquivalenti signo, non omnino eodem, exprimebatur. Cùm enim tempore Apostolorum non haberentur Evangeliorum Codices, & multo tempore postea subsuerint alia incommoda, alio sine dubio signo, ejusdem gratiæ & potestatis significativo, & collativo, cum impositione manuum utebantur. Quod quale fuerit, etiam varias conjecturas (ut de charta, in qua initium sancti Evangelii scriptum erat &c.) aliqui referant, satius est fateri nos nescire.

Ad secundum similiter dicendum; Eugenium quartum in instructione Armenorum in Concilio Florentino impositionis manuum in Ordinatione Diaconi mentionem non fecisse, quia de illa, utpotè in Ecclesia Græca primariò usurpata, satis instructi erant Armeni: porrectionem autem libri Evangeliorum aperte declarasse, quia illa pars essentialis, in tali & tam expresse signo usurpata non erat, & de illa debebant conformiter ad Ecclesiam Latinam doceri. Hucusque Marchantius.

133.
Contra ac-
quit Auctor.

Sed quæro ego; sola manuum impositio non erat sufficiens ad conferendam gratiam, & potestatem legendi Evangelium, & prædicandi? Immo de factò Græci sine traditione libri Evangeliorum, aut alio signo æquivalenti solâ manuum impositione cum hac forma: *Divina gratia, qua semper infirma sanat, & qua defuncti adimplet, promoveat piissimum N. Subdiaconum in Diaconum, oremus pro eo, ut veniat super eum gratia sancti Spiritus, conferunt Ordinem Diaconatus, & per consequens illam gratiam & potestatem.*

Et sanè, si illa impositio manuum sufficit ad conferendam gratiam ac potestatem offerendi Sacrificium Deo, Missalque celebrandi pro vivis & defunctis, quidni etiam sufficiat ad conferendam gratiam ac potestatem legendi & prædicandi Evangelium?

Ex quo ergo reali fundamento vel Scripturæ, vel Definitionis Ecclesiæ, vel Traditionis, in Ecclesia certitudinaliter receptæ, probare poterit Marchantius, tempore Apostolorum, immo tempore D. Bonaventuræ, Diaconatum collatum fuisse manuum impositione, & alio signo æquivalenti?

134.
Nonne tempore Divi Bonaventuræ erant scripti Codices Evangeliorum? Et verò quod potest imaginari incommodum, propter quod tunc temporis Ecclesia omisisset traditionem libri Evangeliorum, & fuisset usâ alio signo æquivalenti? Dico ergo vel tempore Divi Bonaventuræ fuisse collatum hoc Sacramentum per traditionem libri Evangeliorum, & impositionem manuum, vel per solam impositionem manuum; cum alterius signi æquivalentis, nec Bonaventura, nec alius quispiam sanctus Pater, nec Scriptura, nec Concilium aliquod, vel Decretum Ecclesiæ faciat mentionem.

Quo signo
tempore D.
Bonavent.
fuerit colla-
tus Dia-
conatus,

Audiamus Doctorem Seraphicum 4. dist. 24. p. 2. art. 1. q. 4. ad 3. Ad illud, quod obicitur de libri vel vasis traditione, dicendum; quod sicut omne instrumentum, sive armatura in virtute manûs est: sic etiam per impositionem manuum, ubi deessent talia, possunt signari: unde sicut post videbitur in impositione manuum in Ecclesia primitiva ceteri Ordines implicabantur, qui postmodum processu temporis explicati sunt, & quantum ad verbum, & quantum ad signum, & quantum ad personas.

In quibus verbis (inquit Marchant in suis Resolut. loco suprâ allegato) notandum est specialiter, quod sanctus Bonaventura asserit, in impositione manûs cetera signa implicitè in primitiva Ecclesia implicata sive contenta fuisse. Item ubi talia signa deessent, in virtute impositionis manuum signari potuisse. Hac ille. Ut ostendat, in primitiva Ecclesia per solam manuum impositionem fuisse collatum Ordinem Sacerdotii.

135.
An in pri-
mitiva Ec-
clesia per
solam ma-

Et quis non videt, ex eisdem verbis, eodem modo posse concludi, in primitiva Ecclesia per solam manuum impositionem absque alio signo æquivalenti fuisse collatum Ordinem Diaconatus?

Vel si tunc nihilominus necessarium fuit in illo Ordine signum æquivalentis; dico, etiam fuisse necessarium & adhibitum in Ordinatione Sacerdotis. Ac proinde sicuti hodie traditio libri Evangeliorum est pars essentialis materie, & non tantum integralis; ita etiam hodie porrectionem calicis cum vino, & patenæ cum pane, non tantum esse partem integram, sed veram partem essentialem.

Nam quod ait idem Auctor loco citato: Quæ ad explicatiorem significationem instituantur, certum est se habere per modum additamenti; & partis integrantis, etiam concernit traditionem libri Evangeliorum, cum & hæc ipsa instituta sit ad explicatiorem significationem, ut patet ex Marchantio suprâ in Tribu. ad 2. ubi: Porrectionem autem libri Evangeliorum aperte declarasse (Concilium Florentinum) quia illa pars essentialis in tali tam expresse signo usurpata non erat.

Profecò etiam in primitiva Ecclesia aliquod fuisse in Ordinatione Sacerdotii, præter impositionem manuum, indicat Petrus Sotus in de Instit. Sacerdotum tit. de materia & forma Sacramenti Ordinis, hisce verbis: Immo in illo Concilio (Carthaginensi quarto) in quo distinctiùs, quam alibi, & distinctius agitur de Ordinatione, nullius alterius rei in Ordinatione facta est mentio, quam impositionis manuum: & quamquam semper aliquid forte præterea fiebat, tamen in antiquorum lectione, nec de traditione calicis &c. in Sacerdotio, nec libri in Diaconatu, hæc usque vidi mentionem fieri.

Et hæc quidem de materia & forma Sacerdotii, prout distinguitur ab Episcopatu. Reliqua explicanda materia & forma Episcopatus, est Ordo distinctus à Sacerdotio. Sit itaque

CONCLUSIO VI.

Ecclesia Latina in consecratione Episcopi pro materia Sacramentali utitur manuum impositione. Fortè etiam impositione libri Evangeliorum, & impositione capitis ac manuum.

Pures ceremonias adhibet Ecclesia in consecratione Episcopi, de quibus quantum an sint Sacramentales? Prima describitur in verbis in Pontificali Romano Tit. de Consecratione Electi in Episcopum. Tam Consecrator, missus libro Evangeliorum, illum aperit, & dicitur Episcopis Assistentibus, nihil dicens imponit super vicem & scapulas Electi; ita quod inferat pariter cervicem capitis Electi tangat, litera ex parte inferi manente, quem unus ex Cappellanis Electi

Sect. 2. De Materia & Forma Ordinatio. Concl. 6. 547

ipsum genuflexus, quousque libri ipse eidem Electo in manus tradendus sit, continue sumet.

Secunda.

Sequitur Secunda ceremonia: Deinde Consecrator & assistentes Episcopi ambabus manibus caput consecrandi tangunt, dicentes: Accipe Spiritum sanctum.

138. Tertia.

Hæc est tertia ceremonia: Finito primo versu surgit Pontifex, & sedet in salsitorio ante medium altaris; capit mitram; deponit annulum, & chirothecas; resumat annulum & imponitur ei gemiale à ministris. Tum pollicem suum dexterum intingit in sanctum Chrismate, & caput Electi coram se genuflexi inungit, formans primo signum crucis per totam coronam, deinde reliquum coronam leniendo, interim dicens: Ungatur & consecretur caput tuum, caelesti benedictione in ordine Pontificali.

Quarta.

Quarta ceremonia sub hac forma verborum exprimitur: Incepta Anipionâ ante Psalmum, imponitur ad collum Electi alia ex longioribus mappulis de octo supradictis. Consecrator sedet; accipit mitram; & Electo ante ipsum genuflexo inungit ambas manus simul unctas cum Chrismate, in modum crucis producendo cum pollice suo dextero intincto duas lineas; videlicet à pollice dexterae manus usque ad indicem sinistrae, & à pollice sinistra usque ad indicem dexterae, & mox inungit totaliter palmas Electi dicens: Ungantur manus istæ de oleo sanctificationis, & Chrismate sanctificationis, sicut unxit Samuel David Regem & Prophetam, ut ungantur & consecrentur.

139.

Auditis ceremonias principales hujus Ordinationis seu consecrationis. Si autem à me quaeritur, an omnes sint Sacramentales, vel si non omnes, quæ, & quæ non? Respondeo civi: Secunda ceremonia est Sacramentalis; adedque impositio ambarum manuum super caput consecrandi materia essentialis, & verba correspondentia: Accipe Spiritum sanctum, forma essentialis. Est communior DD. sententia.

Secunda ceremonia est sacramentalis.

Probatio ex Scriptura 1. Tim. 4.

Probatur ex Scriptura, quæ docet, Timotheum fuisse ordinatum Episcopum per manuum impositionem 1. ad Timoth. 4. v. 14. Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum Presbyteris.

140. Probatur ex Patribus, D. Ambr.

Secundò ex Patribus, qui Consecrationem Episcopalem nominant per manuum impositionem. Ambrosius lib. de dignit. Sacerd. c. 5. sic ait: Quis dat frater Episcopalem gratiam? Deus an homo? Respondes sine dubio, Deus. Sed tamen per hominem dat Deus. Homo imponit manus, Deus largitur gratiam, Sacerdos imponit simplicem dexteram, & Deus benedicit potenti dextera. Episcopus initiat Ordinem, & Deus tribuit dignitatem.

Et Dionysio.

Et ad idem propositum Dionysius Areop. lib. de Eccles. Hierar. c. 5. part. 2. ibi: Pontifex quidem, qui ad Pontificiam dignitatem est electus, utroque genuflexo ante altare supra caput habet Scripturam, à Deo traditam, manumque Pontificis.

141. Tertia probatio ex Conc. Carth.

Probatur denique ex Conciliis, Carthag. 4. c. 2. sequentis tenoris: Episcopus cum ordinatur duo Episcopi ponant & teneant Evangeliorum Codi-

cem super caput & cervicem eius, & uno super eum thag. 4. fundente benedictionem, reliqui omnes Episcopi, qui adjunt, manibus suis caput eius tangant.

Et Tridentino sess. 13. can. 4. Si quis dixerit, per sacram Ordinationem non dari Spiritum sanctum, ac proinde frustra Episcopos dicere: Accipe Spiritum sanctum &c. anathema sit. Cum ergo in hac ceremonia Episcopus dicat: Accipe Spiritum sanctum, ne illa verba frustra dicat, debet per illa dare Spiritum sanctum, id est, gratiam Spiritus sancti, ac proinde illa verba sunt forma Sacramentalis; per consequens impositio manuum, quam proximè determinant, materia Sacramentalis.

Et Tridentino.

Nec obstat, quòd verba illa sint generalia, nullum speciale ministerium designantia; quia etiam Episcopus non ordinatur ad aliquod speciale ministerium, sed ad omnia munia Ecclesiastica sive obeunda, sive dirigenda.

142. Occurrit objectioni.

Unde in Ordinatione Sacerdotis, quàmvis etiam Episcopus utatur illis verbis, tamen addit speciale aliquod munus Ecclesiasticum, ut significet ordinandos non assumi in plenitudinem potestatis.

Consimiliter in Ordinatione Diaconi, etiam non exprimat speciale aliquod munus, tamen quia addit: Ad resistendum &c. satis innuit, Diaconum per illa verba non assumi in plenitudinem potestatis; sicut quando simpliciter dicit: Accipe Spiritum sanctum.

Hoc certum est, Ecclesiam potuisse hæc verba cum impositione manuum, eaque sola, instituere pro signo ad placitum collationis Ordinis Episcopalis; quippe in signis ad placitum non est necessaria physica similitudo, sic enim hedera ante domum pendens est in multis locis signum venalis vini, cum tamen nullam habeat cum venditione vini physicam similitudinem.

Quod autem sic instituerit, à multis negatur, qui præter impositionem manuum, pro materia essentiali assignant etiam primam ceremoniam; putà impositionem libri Evangeliorum super cervicem ordinandi. Ita sentit Arriaga disp. 56. n. 32. & Alii, quos ibi citat; imò Dicastillo hic n. 126. vocat eam sententiam communem.

143. Aliqui putant etiam 1. ceremoniam essentialem. Arriaga, Dicastillo.

Quæ videtur probari, tum ex Concilio Carthag. tum ex Dionysio Areop. supra relatis, qui æqualiter requirunt impositionem manuum, & impositionem libri Evangeliorum; ergo si una impositio est materia essentialis, etiam alia, vel neutra; cum non sit major ratio de una, quàm de alia.

Probatur ex Carth. 4. & Dionysio.

Revera impositio libri maximè est proportionata, ad significandum Episcopum esse quasi Doctorem populi. Unde Ecclesia in officio de Communi omnium Sanctorum Confessorum Episcoporum in Responsorio sexto ait: Et omnis terra doctrina eius repleta est.

Adde, illam impositionem fieri ab omnibus tribus

tribus Episcopis; nihil est ergo, quod illi desit ad rationem materiæ. Ita Arriaga suprâ.

144.
Valquez
docet op-
positum.

Valquez autem disp. 240. c. 5. n. 62. negat hanc impositionem esse materiam; quia materia, inquit, ab eodem adhiberi debet, à quo proferri potest forma, ut à legitimo Ministro: atqui liber Evangeliorum imponitur scapulis consecrandi non ab Episcopis consecratoribus, sed ab uno ex Capellanis, ut dicitur in rubrica Pontificalis, & antiquitus fiebat à Diaconis (ut expresse tradit Clemens lib. 8. Constit. c. 2. aliàs 4. in fine: *Et Diaconis aperta Evangelia super caput eius, qui ordinatur, tenentibus*) qui non sunt Ministri, neque formam proferre possunt: ergo non potest esse materia.

145.
Occurrit
objectioni.

Et quàmvis in Concilio Carthag. 4. cap. 2. (refertur can. *Episcopus*. 23. dist.) præcipitur, ut duo Episcopi teneant librum Evangeliorum, & reliqui manus imponant; tamen cum oppositum sit in usu in Ecclesia Romana, & Clemens tradiderit, conficitur planè, non pertinere ad essentiam Ordinationis, ut liber ab Episcopis teneatur. Materiam verò à legitimo Ministro debere applicari manifestum est.

Responde-
tur ad Clem-
& Diony-
sum.

Quàmvis autem Clemens loco citato, & Dionysius de Eccles. Hierarc. c. 5. hujus ceremoniæ meminerint, tamen nullus eorum dicit, esse materiam Consecrationis Episcopi, aut per illam tradi potestatem, sed illius meminerunt, sicut & aliarum. Et sanè si liber Evangeliorum deberet esse materia Episcopatus, potius esset, quando Episcopus accipit eum de scapulis consecrati, & adjuvantibus aliis Episcopis assistentibus, tradit illum clausum consecrato sub illis verbis: *Accipe Evangelium* &c. quia ab eodem exhibetur & traditur liber, & proferuntur verba. Hucusque Valquez.

146.
Impugna-
tur Valquez.

Qui non videtur legisse Pontificale Romanum, jussu Clementis octavi restitutum & editum, in quo impositio libri Evangeliorum non committitur uni ex Capellanis, sed Episcopo consecratori, adjuvantibus Episcopis assistentibus; uni autem ex Capellanis committitur sola sustentatio libri, quousque ipse liber eidem Electro in manus tradendus sit, ut patet ex verbis suprâ relatis; jam autem hic non quæritur, an illa tenentia seu sustentatio libri sit materia essentialis; sed ipsa prima impositio, quæ fit à tribus Episcopis, qui postea proferunt formam, dicentes: *Accipe Spiritum sanctum*.

Judicium
Auctoris.

Non ergo video, quâ ratione hæc impositio possit excludi à materia essentiali, nisi quòd fiat absque aliqua forma verborum, ut patet ex rubrica Pontificalis suprâ relata, ibi: *Nihil dicens*: & nulla videatur esse necessitas, conjungendi hæc verba: *Accipe Spiritum sanctum*, illi ceremoniæ; cum proximè determinent impositionem manuum, quæ de se sufficiens est ad significandam potestatem Episcopalem, ut patet in Ecclesia Græca.

147. Dico; *Et nulla videatur esse necessitas* &c. quia

Conclusionem præcedenti hæc verba: *Accipe potestatem* &c. quæ immediatè determinant traditionem calicis in consecratione Sacerdotis, conjungimus impositioni manuum, quæ ad hoc ullis verbis fit; ergo similiter hic, potest aliquis dicere, illa verba: *Accipe Spiritum sanctum*, esse proximè determinent impositionem manuum, nihilominus remotè etiam determinant impositionem libri Evangeliorum.

Sed disparitas videtur esse, aliquis necessitas in Ordinatione Sacerdotis, quam Scriptura, & sancti Patres asserunt fieri per impositionem manuum. Nusquam autem Scriptura dicit, Episcopum ordinari per impositionem libri Evangeliorum. Interim quia & Clemens Romanus solam illam ceremoniam commemorat, similiter Concilium Carthagineense & Dionysius, non video, quare non possit probabiliter dici, illa verba: *Accipe Spiritum sanctum*, remotè determinare impositionem libri Evangeliorum, adeoque probabiliter sustineri, eam impositionem esse materiam essentialem seu Sacramentalem, supposito quòd adhibeatur suo loco, hoc Concl. 4. diximus de illis verbis: *Accipe potestatem*, & impositione manuum.

Sed numquid etiam probabiliter dici possit, unctionem capitis & manuum, cum verbis respondentibus, esse partialem materiam & formam Sacramentalem? Ita indicat Arriaga supra, inquit, in Pontificali ante ultimam unctionem manuum semper vocatur *Electus*, hæc verò manuum consecratione, jam non *Electus*, sed *Consecratus* dicitur; ergo Ecclesia supponit eum nondum esse essentialiter consecratum, nec eam unctionem manuum; ergo ea est materia partialis materiæ, essentialiter ad hujus Ordinis collationem requisita.

Nec deest valdè probabilis ratio; nam Episcopus quasi ex munere proprio consecratur actiones, quæ manuum ministerio debent fieri, qualis est consecratio Sacerdotum, Diaconorum per impositionem manuum, & Confirmationis per Christum; ergo ea manuum consecratio maximè est apta ad significandum hunc Ordinem. Hæc ille.

Deindè notat Herinx hic n. 32. quòd hæc unctioni præmittitur imploratio gratiæ facta Spiritus per hymnum usitatum, qui in veterum Ordinum majorum collatione præmittitur ipsi essentia Ordinationis.

Sed, pace ejus, in solo Ordine Sacerdotum præmittitur. Neque præmittitur ibi prima impositio manuum, quæ secundùm materiam est essentialis; & præmittitur unctioni manuum, quæ secundùm Doctores communiter non est essentialis. Ergo ex illa præmissione, nihil efficaciter probatur.

Nonne apud Fratres Minores non præmittitur præfatus hymnus Professionibus Novitiorum, sed postponitur? Idque ad implorandam gratiam Spiritus sancti, quæ possunt reddere Deo quòd

quod jam promiserunt; ergo similiter recte Ecclesia postponit hunc hymnum consecrationi Episcopi, ad implorandam gratiam Spiritus sancti, quâ possit convenienter munus Episcopale, quod jam suscepit, suo tempore exequi.

150. Resp. ad argumentum Arriagæ.

Porro ad argumentum Arriagæ responderi posset primò, etiam post unctionem manuum adhuc vocari *Electum*; nam post verba supra relata, quibus explicatur hæc ceremonia, actum subiungitur: *Et produens manu dextrâ ter signum crucis super manus Electi dicit. In nomine Dei Patris, & Filii, & Spiritus sancti, facientes imaginem sanctæ Crucis Salvatoris nostri Iesu Christi, qui nos à morte redemit & ad regna celorum perduxit. Exaudi nos pie Pater omnipotens æternæ Deus, & presta, ut, quod à te rogamus, exoremus per eundem Christum Dominum nostram. Resp. Amen.*

Et prosequitur sedens: *Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui te ad Pontificatus sublimari voluit dignitatem, ipse te Chrismate, & mystica delibutionis liquore perfundat, & spiritualis benedictionis ubertate fecundet, quidquid benedixeris benedicatur, & quidquid sanctificaveris sanctificetur, & consecrata manus istius vel pollicis impositio, cunctis proficiat ad salutem. Resp. Amen.*

Premiis itaque expeditis, Consecratus inungitur ambas manus &c. Ecce hic primò appellatur *Consecratus*; adeoque non sola unctio manuum, sed etiam trina productio signi crucis super manus unctas, erit materia sacramentalis, & omnia illa verba forma sacramentalis.

151.

Præterea argumentor ad hominem; Pontificale Romanum in Ordinatione Subdiaconi utitur voce, *Ordinandus*, ulque ad traditionem libri Epistoliarum, quæ tamen juxta Arriagam supra n. 12. non est materia Sacramentalis. Itaque Pontificale Romanum solum utitur voce, *Consecratus*, post unctionem manuum, eò quod in unctione, more consecrationis Regum, eluceat species quædam consecrationis, immo & ipsa vocetur consecratio capitis & manuum, ibi: *Vngatur & consecretur caput tuum.* Et de manibus: *Ita ungantur (manus istæ) & consecrentur.*

Quare Pontificale Rom. solum utitur voce Consecratus post unctionem manuum.

Tum etiam; quia saltem post istam unctionem plenè & certò sit completa consecratio, etiam velut accidentaliter, sic ut sublequens traditio Baculi pastoralis, Annuli, libri Evangeliorum, non tam pertineat ad consecrationem ipsam, quàm fiat in signum testamentis jam plenissimè acceptæ.

Aut certè (inquit Herinx supra n. 34.) voluit Pontificale præscindere à determinatione opinionum controversarum, vocans tunc demum Consecratum, quando omnium opinione certò consecratus est.

Sed hæc responsio militat quoque contra eos, qui ex simili locutione Pontificalis probant, traditionem libri Epistoliarum esse materiam partialem essentialem Ordinis Subdiaconatus.

152.

Neque hic omittenda alia probatio Arriagæ

suprà n. 34. desumpta ex cap. unico de sacra unctione, in quo Innocentius tertius mandavit, ut Episcopus Braccarensis, qui non fuerat inunctus, iungeretur Romæ ab Episcopo Albanensi, adstantibus duobus Episcopis secundum morem Ecclesiæ Romanæ.

Alia probatio Arriagæ desumpta ex c. un. de sacra Unct.

Cum venisset, inquit Pontifex, ad Apostolicam sedem Braccarensis Episcopus, qui in consecratione sua sacram non acceperat unctionem, quam apud vos non consueverunt Pontifices, cum consecrantur inungi: Nos quod illi defuerat mandavimus in ipso supplere: facientes caput eius & manus per Albanensem Episcopum (assistentibus ei duobus Episcopis, secundum morem Ecclesiasticum) sacro Chrismate deliniri.

Si autem fuisset ea unctio pura ceremonia, haud fuisset sollicitus Pontifex, eam post tam longum tempus supplere.

153. Id quo Innoc. III. conatur ostendere unctionem essentialiter re-

Deinde toto eo capite multus est Innocentius, ut ostendat essentialiter & necessariò requiri eam unctionem. Manus, inquit, ungitur oleo pietatis, ut Episcopus operetur bonum ad omnes, maxime autem ad Domesticos Fidei. Caput autem ungitur balsamo charitatis, ut Episcopus diligit Deum ex toto corde, & ex tota mente, & ex tota anima, & proximum suum sicut seipsum. Caput inungitur, ut ostendatur illius representare personam, de quo dicitur per Prophetam: Sicut unguentum in capite ejus &c. Caput enim viri, Christus; caput Christi Deus: qui de se dicit: Spiritus Domini super me eò quod unxit me; evangelizare pauperibus misit me. Manus Episcopo inunguntur, ut ostendatur accipere potestatem benedicendi & consecrandi. Unde cum eas Consecrator inungit: Consecrare, inquit, & sanctificare digneris Domine manus istas, per istam unctionem & per nostram benedictionem, ut quacumque consecraverint, consecrentur, & quacumque benedixerint, benedicantur in nomine Domini.

Non dixit (inquit Arriaga) *ut ostendatur, quòd acceperit*, sed, *quòd accipiat potestatem*; ea autem potestas consecrandi Sacerdotes & Episcopos, sine dubio pertinet essentialiter ad potestatem & Ordinem Episcopalem; ergo hanc accipit per eam unctionem.

Arriagæ.

Ibi præterea (prosequitur idem Auctor) Pontifex duas distinguit unctiones, unam visibilem, alteram invisibilem, & illam dicit signum hujus. Unde meo judicio efficaciter argumentor. Nam cum per invisibilem intelligat gratiæ unctionem, eo ipso videtur exteriorem unctionem facere signum gratiæ sanctificantis; in qua practica significatione communiter constituitur ratio Sacramenti; ergo illam unctionem insinuat esse Sacramentum. Hæc ille.

154. & distinguit duas unctiones unam visibilem, alteram invisibilem.

Subscribo verba textus; *Scire te volumus, duas esse species unctionis, exteriorem, quæ materialis est & visibilis, & interiorem, quæ spiritualis est & invisibilis. Exteriori visibiliter inungitur corpus, interiori invisibiliter inungitur cor. De prima Iacobus Apostolus ait: Infirmatur quis in vobis &c. De secunda Ioannes Apostolus ait: Vos unctionem, quam accepistis ab eo, maneat in vobis &c. Unctio visibilis*

& exterior, signum est interioris & invisibilis unctio-
nis: unctio vero invisibilis & interior non solum est
signum, sed etiam Sacramentum: quia si dignè sumi-
tur, vel agit, vel auget absque dubio, quod designat.

Et post pauca subjungit: Hoc ergo Chrismate
(quod scilicet ex oleo fit & ballamo) ungi debet
Episcopus, non tam in corpore, quam in corde, ut
& interius nitorem conscientia quantum ad Deum,
& exterius habeat odorem fame quoad proximum.

155.
Notandus
Titulus il-
lius cap. pro
responsione.

Pro responsione, nota Titulum illius capituli;
Ecclesia Græcorum in Ordinationibus & consecratio-
nibus servare debet Unctiones, quas servat Ecclesia
Romana. Unde Glossa loco ly Braccarenensis Epi-
scopus, qui est in Lusitania, putat fortè legen-
dum: Brandiribarenensis Episcopus; agit enim, inquit,
hic de quodam Episcopo Græco. Et verb. Apud vos,
sic ait Glossa: Id est, apud Græcos; scribit enim
Patriarcha Constantinopolitano.

que non
placet Ar-
ziage.

Sed hæc explicatio non placet Arriagæ supra
n. 36. quia, inquit, in ea supponitur id, quod
ex eo capite nequaquam potest probari; & cum
textus retinuerit Braccarenensis, non video cur
aliter res sit explicanda.

156.
Quare aliter
explican-
dum hoc
caput quam
verba som-
nant.

Ideo, inquis, aliter res est explicanda; quia
non est verisimile, Ecclesiam Braccarensem,
quæ semper fuit subjecta Apostolicæ Sedi &
Romanæ Ecclesiæ, & non constat in aliis Or-
dinationibus recessisse à ritibus præscriptis in
Pontificali Romano, non, inquam, est credi-
bile, solitam fuisse omittere tam notabilem ce-
rimoniam in Ordinatione Episcopi. Et tamen
scribit Innocentius ad eos, apud quos non con-
sueverant Pontifices, cum consecrantur, inungi.

Porrò facilè suspicari potest, illos fuisse
Græcos, quos constat in aliis Ordinationibus
non observare ceremonias Ecclesiæ Romanæ.
Unde in fine illius capituli sic legitur: Monemus
igitur, ut illum in ordinandis Presbyteris, & conse-
crandis Episcopis, morem servet, & facias observari,
quem Apostolica Sedes observat. Ergo scribit ad
eos, qui etiam in ordinandis Presbyteris non
observabant morem Ecclesiæ Romanæ; quales
erant Græci; & cum validè ordinarent Pres-
byteros per solam manuum impositionem, cur
non etiam validè ordinassent Episcopos? Sanè
etiam hodie ordinare solà impositione ma-
nuum, cum his verbis: Divina gratia promovet
hunc Deo amabilissimum Presbyterum in Episcopum à
Deo custodite civitatis talis, refert Petrus Arcu-
dius in Concord. lib. 6. c. 2. in Ordinatio. Epi-
scopi.

157.
Objectio.

Sed contrà; si etiam hodie validè sic ordi-
nant, immo licitè, ut superius diximus, cur
Innocentius tertius mandavit suppleri in Epi-
scopo Braccarensi seu Brandiribarensi, quod
illi defuerat? Nam nihil illi defuerat, neque
essentiale, neque accidentale. Cur monet In-
nocentius Episcopum, ad quem scribit, ut in
ordinandis Presbyteris, & consecrandis Epi-
scopis, morem servet, & faciat observare, quem
Apostolica Sedes observat, cum hodie Sedes

Apostolica Romæ permittat, Presbyteros Græ-
cos ordinari more Græco, qui diversus est ab
eo, quem observat Sedes Apostolica?

Quidquid ergo sit de hac controversia, etiam
fuerit Episcopus Braccarensis in Lusitania;
equidem ex illo capite efficaciter probatur in-
tentum, quod sic ostendo: quia in primis idem
Pontifex c. 1. de Sacramentis non iterandis,
mandat suppleri impositionem manuum, quæ
erat omissa in Ordinatione Subdiaconi, vel
potius Diaconi; & eandem supplementationem præ-
cipit Gregorius nonus eodem titulo c. 3. & ta-
men teste Arriaga supra n. 19. indè non bene
infertur; ergo impositio illa pertinet ad mate-
riam essentialem Diaconatus. Ergo consimili-
ter ex eo, quod Innocentius fuerit sollicitus, post
tam longum tempus supplere unctioem, præ-
termissam in Consecratione Episcopi Braccar-
rensis, non rectè sequitur, ergo illa unctio per-
tinet ad materiam essentialem Episcopatus.

Nec est, quod vim facias in tanto tempore
quia in c. 1. allegato nulla fit mentio temporis
magni aut parvi, uti nec in cap. 3. Unde ta-
meti post plures annos constaret, manuum im-
positionem prætermissam, statuto nihilominus
tempore ad hujusmodi Ordines consecrandos,
foret supplenda.

Respondendum ergo in casu proposito pro
Arriaga supra respondet in hoc casu, fuisse
Pontificem, eò quod ritus ille sit ad id solen-
nis, & antiquus ab ipsis Apostolis observatus,
voluisse ut suppleretur, etiam si non pertinet
ad materiam essentialem illius Ordinis.

Immo (inquit Herinx supra n. 33.) non
videtur posse potius argui, quod unctio sit pe-
ra ceremonia Ecclesiastica: nam certè non appa-
ret, qualiter ipsa, post tantum temporis inter-
vallum, à diverso Episcopo, ungente Romæ
adhibita, potuisset cum actionibus, Braccar-
in Lusitania peractis, uniri, ad completionem
unicum Sacramentum sive Consecrationem
Episcopalem: quæ proinde supponitur sine un-
ctione fuisse valida; aliàs enim tota Episco-
pis Consecratio fuisset supplenda sive iteranda.
Quo tamen non obstantè, cogitari potest, cum
requiri quidem tamquam partem ab Ecclesia
Romana, et si in Provincia Braccarensi non fu-
ret tunc usitata aut omnino necessaria, Episco-
pis ibidem intendentibus per alia signa consti-
re Episcopalem potestatem. Hæc ille.

Sed hoc ultimum est mera conjectura; hæc
enim supra dixi, hæc Provincia semper parva
Sedi Romanæ, adeoque non est verisimile, ab
illa discessisse in ritibus Ordinationum, & ma-
ximè in ritu tam notabili. Ut omittam, deter-
minationem materiæ in individuo non videtur
relictam à Christo cuilibet Provincie, sed uni-
versali Ecclesiæ.

Quantùm ad primum; idem Auctor n. 40.
ex eo, quod Pontifex jubet, impositionem
manuum, omisam in Ordinatione Sacerdotum

aut Diaconi, suppleri, idque statuto tempore ad hujusmodi Ordines conferendos, probat, illam non esse merè ceremoniam. Quæro ergo ab illo; si aliquis Presbyter aut Diaconus Braccarenfis veniret ad Sedem Apostolicam, qui in sua Ordinatione non accepisset manuum impositionem, quæro, inquam, an Pontifex non mandaret in illo suppleri illam impositionem statuto tempore ad hujusmodi Ordines conferendos? Non est dubium, quin mandaret.

Interrogò rursum: qualiter ipsa, post tantum temporis intervallum, à diverso Episcopo, Romæ adhibita, potest cum actionibus, Braccaræ in Lusitania peractis, uniri ad complendum unicum Sacramentum, sive Ordinationem? Expectabo responsum.

Ceterum quod attinet ad duplicem unctiōnem, unam visibilem, & alteram invisibilem, quas in illo capite distinguit Innocent. putat Arriaga ex ea distinctione suam sententiam efficaciter probari; sed, meo iudicio, valde inefficaciter. Licet enim ibi Pontifex assignet aliquas unctiōnes visibiles, quæ sunt verum Sacramentum aut pars Sacramenti, scilicet Unctiōnem Extremam, & unctiōnem in Sacramento Confirmationis; tamen etiam assignat aliquam unctiōnem visibilem, quæ neque est Sacramentum, neque pars Sacramenti; putat unctiōnem in Sacramento Baptismi.

Accipe verba textus: *Quia verò Christus fecit nos in sanguine suo Deo nostro regnum & Sacerdotes (propter quod Petrus Apostolus ait: Vos estis genus electum, regale Sacerdotium) idcirco in novo Testamento non solum Reges & Sacerdotes unguuntur, sed etiam omnes Christiani: bis ante Baptismum, scilicet oleo benedicto, primum in pectore, deinde inter scapulas: & bis post Baptismum, scilicet Chrismate sancto; primum in vertice, demum in fronte &c.* Quis propterea docet, illas unctiōnes esse Sacramentales?

Deinde meminit Unctiōnis Sacerdotis, ut patet ex verbis jam allegatis; immo verba illa: *Consecrate & sanctificare digneris* &c. quæ, ut loquitur ibi Innocentius, Consecrator dicit, quando inungit manus Episcopi, sunt ipsissima verba, quæ in Pontificali præscribuntur, quando inunguntur manus Sacerdotis, & tamen communiter, etiam ab Arriaga, docetur, unctiōnem manuum in Sacerdotio non esse materiam essentialem.

Itaque neque ex præfato jure Innocentii III. quidquam efficaciter probatur, neque etiam ex ratione, cum dependeat à voluntate Ecclesiæ, ut hæc vel illa ceremonia sit essentialis. Hactenus autem Ecclesia nondum satis declaravit, unctiōnem manuum & capitis esse ceremoniam essentialiam; sed neque oppositum, cum permittat utramque sententiam imprimi ab Autoribus absque aliqua contradictione.

161. Vasquez rejicit hanc unctiōnem à materia Essentialem; quia fit ab uno tantum Episcopo, &

similiter verba correspondentia ab uno solo proferuntur, cum tamen sint tres Ministri hujus Ordinis.

Sed ad hoc respondet Arriaga sup. n. 39. ERO dicamus, ex Christi institutione requiri tres Episcopos pro Consecratione Episcopi; non tamen inde inferri, eos omnes esse Ministros illius, Ut enim post Tridentinum ad valorem Matrimonii interesse debent duo testes & Parochus, non tamen propterea illi sunt Ministri ejus Sacramenti, ita idem de assistentia duorum Episcoporum dici debet.

Et sanè illud videtur modo loquendi totius Ecclesiæ valde conforme; nunquam enim duo illi Episcopi dicuntur *Consecrantes*, sed, *Assistentes*, solus autem ille, qui celebrat, & reliqua facit dicitur *Consecrans*: si autem æqualiter omnes tres Ordinem conferrent, non video sanè, cur non deberent dici omnes tres *Consecrantes*; non est ergo, cur ex eo capite rejiciamus eam unctiōnem manuum à ratione partialis materiam. Hæc ille.

Atque ut omnes essent Ministri, sufficit, quod adhibeant aliquam partialem materiam & formam. Sic enim in Extrema Unctiōne plures possunt esse Ministri simul & successive, tametsi singuli solum adhibeant partialem materiam, & formam, ut suo loco diffusius explicatum est. Itemque in Ordinatione Sacerdotis possunt esse plures Ministri, tametsi solum adhibeant partialem materiam & formam, v.g. si Episcopus, qui tradidit Calicem, statim moretur, alius debet complere Ordinationem inceptam, & imponere manus, cum illis verbis: *Accipe Spiritum sanctum* &c.

Ergo consimiliter in præfati casu, sufficit ad hoc, ut omnes tres sint Ministri, quod imponant manus, dicendo: *Accipe Spiritum sanctum*, sic enim omnes adhibent aliquam partialem materiam & formam. Immo nullus ipsorum totam adhibet materiam & formam, quia ea, impositio manuum aut libri, quæ fit à duobus, assistentibus, non fit ab Episcopo Consecrante, & quæ ab hoc fit, non fit ab Assistentibus, & quæ ab uno Assistente, non fit ab altero; & eodem modo discurrere possumus de prolatione formæ.

Ut igitur finem imponamus huic controversiæ & Conclusioni, cum non satis constet, in qua præcisè actione consistat essentialis Consecrationis Episcopalis, studiosè curandum est, ut quælibet earum, de quibus quoad hoc posset esse dubitatio, exactissime adhibeatur. Eæ eadem regula observanda in aliis Ordinationibus, quarum essentia etiam dubia est.

Similiter studiosè curandum est, ut ordinandi physicè tangant instrumenta; quia probabile est, contactum physicum esse necessarium necessitate Sacramenti; quamvis etiam speculative loquendo oppositum sit probabile, ut jam edissero.

CON-

quæ quæ unctiōnem excludit à materia essentiali. Rejicitur ab Arriaga.

162. Ut siquis dicit, ut, Minister Sacramenti sufficit quoad adhibeat partialem materiam & formam.

163. Ut siquis dicit, ut, Minister Sacramenti sufficit quoad adhibeat partialem materiam & formam.

163. Ut siquis dicit, ut, Minister Sacramenti sufficit quoad adhibeat partialem materiam & formam.

163. Ut siquis dicit, ut, Minister Sacramenti sufficit quoad adhibeat partialem materiam & formam.

160. An sententia Arriagæ efficaciter probetur ex duplici unctiōne.

161.

161.

CONCLUSIO VII.

Non requiritur ad valorem Ordinis Physicus contactus instrumentorum. Requiritur ex præcepto Ecclesiæ.

164. Peccaret mortaliter, qui non tangeret physicè instrumenta, dum ordinatur.

Vltima pars à nemine negatur, & satis probatur ex perpetua praxi Ecclesiæ, à qua non est recedendum in re tanti momenti, de qua à multis dubitatur, an non sit necessaria ad valorem Sacramenti; adeoque peccaret mortaliter, qui illum contactum sine necessitate omitteret, & fortè deberet sub conditione reordinari. Patet; quia alioquin exponeret se periculo invalidè consecrandi & absolvendi.

Probatur à patre Concilii.

Interim communior & verior sententia negat, eum contactum esse necessarium necessitate Sacramenti (ut habet prima pars Concluf.) & ait, sufficere porrectionem instrumenti ab Episcopo. Ratio fundamentalis est; quia neque Scriptura, neque SS. Patres, neque Concilia plus requirunt, & aliunde subsistit veritas materiæ & formæ Sacramenti; ergo &c. De Scriptura patet; cum enim ea non meminerit traditionis instrumentorum, sed solius manuum impositionis, quomodo requireret contactum physicum instrumentorum?

Et verò nusquam invenitur aliquis SS. Patrum, qui vel leviter insinuet necessitatem huiusmodi contactus, cum & ipsi solum loquantur de impositione manuum.

165. Objectio ex Conc. Carthag. 4.

Quantum ad Concilia; Carthag. 4. c. 5. ait: *Subdiaconus quum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de Episcopi manus accipiat vacuam & calicem vacuum.* Et simili modo loquitur de traditione instrumentorum in Ordinatione Acolythi & Exorcistæ.

Ex quo aliquis inferre posset; ergo requiritur contactus physicus instrumentorum, cum sine eo non dicatur quis instrumenta accipere, sicuti non dicitur accipere manus impositionem, nisi manus immediatè vel mediatè eum tangat.

Solvitur ex Florentino.

Respondeo; Concilium Florentinum in Decreto Eugenii non meminit alicujus acceptionis instrumentorum, sed porrectionis tantum, traditionis & assignationis; ergo conformiter intelligendum Concilium Carthaginense, non de propriè dicta acceptione materialis instrumenti (sic enim neque contactus omnis physicus sufficeret, cum accipere propriè, sit rem manibus stringere; quod non faciunt Sacerdotes, qui manibus ligatis accedunt ad Episcopum; tangentes solum calicem inferioribus digitis; & patenam superioribus) sed de acceptione latè dicta, id est de porrectione instrumenti, quæ est via ad acceptionem.

Sanè in omni Ordinatione, juxta praxim Ecclesiæ Romanæ, sufficit contactus instrumentorum; ergo Concilium Carthaginense non potest intelligi de acceptione propriè dicta. Cùmque Concilium Florentinum non meminerit illius contactus, tamen præscribitur in Pontificali; haud equidem tamquam necessarius necessitate Sacramenti, alioquin etiam Concilium eum expressisset.

Si dixeris; satis expressit in verbis formæ: *Accipe potestatem* &c. Respondeo; ut quis verè dicat: *Accipe potestatem*, vel, *Accipe librum*, sufficit quòd eum alteri offerat seu porrigat. Patet quia ad acceptionem donationis alicujus rei necessaria sit physica ejus apprehensio? Sed quòd non putes, cum omnibus notum sit, significere consensum voluntatis, signo aliquo externo expressum. Cur ergo similiter impositionem non sufficeret ad verificationem formæ? per consequens ad acquisitionem potestatis, quæ per instrumenta significatur, consensum ordinandi, saltem signo aliquo externo materialitatis?

Nonne Græci conferunt eandem potestatem sine ullo contactu physico instrumentorum per solam manuum impositionem? Plane ita conferunt; quippe hæc sufficit, ut quis monitus deputetur, ad munus aliquod exequendum. Itæ verò cur non sufficiat, ut quis moraliter deputetur ad munus aliquod exequendum, quod porrigantur ei seu tradantur instrumenta moris exequendi, tamen si ea physicè non tangeret? Nonne in Matrimonio est traditio corporum absque physico contactu? Quare ergo hic non posset esse traditio instrumentorum sine ullo contactu?

Profectò si verum est, quod suo loco dicitur; scilicet, pueros ante ulum rationis validè ordinari, liquet manifestè, non esse necessariam propriè dictam acceptionem materiæ, aut potestatis traditæ, per quam possit dici participare traditio; nam illa acceptio debet esse actus humanus; physicus autem contactus non est actus humanus.

Ex quo etiam patet, non requiri consensum ordinandi, quando ejus non est capax; sed illis esse, quòd Episcopus velit conferre potestatem, & hanc suam voluntatem ostendat in personam ordinandi per porrectionem, traditionem seu assignationem instrumenti, vel per manuum impositionem.

Sed dicit aliquis; quàmvis præciè et in verborum formæ non sit necessarius ille contactus, tamen Ecclesia illa verba ita intelligit, ut patet ex Pontificali, & communi praxi. Satis enim etiam non sufficit moralis impositio manuum, quæ sunt instrumentum instrumentorum, ut supra vidimus ex Doctore Seraphico; nec sufficit moralis ablutio in Baptismo, & nec moralis unctio in Confirmatione, & Extrema

Solvitur ex Conc. Florent.

Respondeo; Ecclesiam in Concilio Florentino, ex quo desumitur hæc materia & forma essentialis Ordinis, non exprimere tactum, sed porrectionem dumtaxat seu traditionem, vel assignationem instrumentorum, & hanc admittimus debere esse physicam, sicut impositionem manuum, ablationem & unctionem, quæ nequeunt esse sine tactu physico, ut in ablatione & unctione per se notum est, & de impositione manuum probatur; quia sine physico tactu, saltem mediato, solum est expansio manuum, ut ostendo ex Rubricis Generalibus Missarum Tit. Ritus servandus &c. c. 8. n. 4. ibi: Cum dicit: Hanc igitur oblationem, expandit manus simul super oblata, ita ut palma sint aperta versus ac supra calicem & hostiam &c. Dicit: Expandit manus simul super oblata; non autem: Imponit manus; quia non tangit physice oblata, sicut deberet tangere, si manus eis imponeret. At verò planum est; Episcopum physice posse porrigere instrumenta; tamen si nullus sit; qui physice ea tangat.

Rub. Gesta rub.

169. Pontificale multo ritus prescribit, qui non sunt essentialiter.

Quantum ad Pontificale; multi ritus in eo prescribuntur, qui non sunt essentialiter, sed dumtaxat accidentales; adeoque solum sub præcepto, ut nemo inficari potest. Ergo ex ipso solo, etiam accedente praxi Ecclesie, quæ solet ritus accidentales observare, nihil efficaciter probatur contra nostram Conclusionem.

Itaque contactus Physicus nec requiritur ex speciali institutione Christi, quæ nullibi habetur; nec ex ratione hujus Sacramenti, quod solum consistit in traditione ejusdem potestatis, sive deputatione ad certa ministeria Ecclesiastica; constat autem in traditione aliarum rerum, & institutione aliorum officiorum; tam civilium, quam Ecclesiasticorum, sufficere contactum moralem.

170. Sententiam nostram tenet Cajet. in sum.

Hanc sententiam Cajetanus (re melius perspicua) docet in Summa verb. Ordinantium & Ordinandorum peccata ibi: Et quoniam Pontificalia non concordant ad invicem, nullius Ecclesie antiquum in usu Pontificale damnandum videtur, ac per hoc non videtur iterandum aut supplendum alicubi, quod forte secundum aliud Pontificale iterandum aut supplendum esset. Et de horum numero videtur esse contactus materia; ubi diversa Pontificalia antiqua, & in usu, diversa ordinant. Propter quod in Concilio Florentino sub Eugenio IV. quum traditur materia Ordinis, nunquam fit mentio de tactu ipsius, sed solum de actu tenente se ex parte ministri, scilicet porrectione, datione, traditione & assignatione. Hæc ille.

171. Fontē non tenuisset, si vidisset Bullam Clem. 8.

Verumtamen, cum Clemens VIII. Bulla: Ex quo in Ecclesia Dei, quæ præfigitur Pontificali Romano, motu proprio & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine omnia & singula Pontificalia, in hunc usque diem, in quibuscumque terrarum orbis partibus impressa, & approbata, & quibusvis privilegiis

Apostolicis munita, & decretis ac clausulis roborata, suppresserit & aboleverit; eorumque usum imposterum prohibuerit, & suum Pontificale, in quo præscribitur contactus physicus, recipi & observari præceperit, forte Cajetanus, si adhuc viveret, perfliteret in contraria sententia, quam cum Doctore Angelico sustinuit 1. To. Opusc. tract. 26.

Dico: Fortè persisteret; quia Concilium Florentinum, quod allegat, videtur nihilominus ratio sufficiens ad mutandam sententiam. Credo tamen, quod omnino judicaret, illum contactum supplendum seu iterandum, cum nullum amplius Pontificale Romanum antiquum sit in usu, in quo ille contactus non præscribitur. Et sine dubio potuit Ecclesia illum contactum determinare pro materia essentiali. An autem determinaverit, non satis constat, sicut patet ex dictis, est Pontificale eum præscribat.

Fortè etiam tenuisset propter Florent.

Credo, inquit Victoria in Sum. q. 230. quod posset sustineri; quod non est necessarius iste contactus. Nec ego damnarem eum, qui negligentia, vel alia ex causa non tangeret calicem, & haberem eum pro Sacerdote. Quia tempore Apostolorum non erat nebellarium, nisi imponere manus, Hæc ille.

172. Constat etiam non esse sententia Victoria.

Sed istud argumentum plùs aliquid videretur probare; scilicet neque porrectionem instrumentorum fore necessariam, quæ tempore Apostolorum non erat necessaria. Et ideo Victoria qu. 229. non aded abhorret ab hac doctrina, dicens: Non est mihi certum, quod sit necessarium ex jurè divino, quod tradatur calix Presbytero; quia in Scriptura non habetur, quod fiebat, nisi per manuum impositionem, 1. ad Timot. 4. & 5. Nec etiam requiritur manuum impositio, ut patet in capite: Presbyter de Sacramentis non iterandis. Ideo forsàn solis verbis consecrat Episcopus Sacerdotes & alios Ministros. Nolo tamen aliquid novum asserere. Hæc ille.

173. Probatio eius non sufficit.

Sed, velit nolit, debet aliquod novum asserere, consequenter ad probationem præcedentis doctrinæ. Et ideo dico ego, illam probationem non sufficere; quia solum ostendit possibilitatem, id est, posse Ecclesiam, si velit, ordinare absque contactu physico instrumentorum, immo absque porrectione eorum. Ecclesiam autem hoc voluisse, aliunde probari debet, cum etiam possit requirere istum contactum, tamquam partem essentialem, si velit.

174. Albertus, Vasquez, Laiman, Diana.

Recurrendum itaque ad alias probationes; supra allegatas; propter quas Albertus 4. dist. 24. art. 38. Vasquez disp. 246. cap. 2. Laiman lib. 5. tract. 9. capi 5. & Alii (quos citat Diana part. 2. tract. 2. Miscell. Resol. 3. & part. 3. tract. 4. Resol. 185. & Ipse ac alii Recentiores sequuntur) docent hanc sententiam. Quamvis etiam opposita suis non careat propugnatoribus, quos ibidem apud Dianam videre poteris.



174.
Sententia
Doct. An-
gelici de
hac contro-
versia.

Tantum ex serbo verba Doctoris Angelici, cuius auctoritas sufficiens videri posset, ut Sacramentum aliter collatum, deberet sub conditione reiterari. Inquit ergo S. Thomas 4. dist. 24. q. 1. a. 1. q. 5. ad 3. *Quia potestas Ordinis non accipitur à materia, sed à Ministro principaliter, ideo porrectio materiae magis est de essentia Sacramenti, quam tactus, tamen ipsa verba forma videntur ostendere, quod tactus materiae sit de essentia Sacramenti, quia dicitur: Accipe hoc, vel illud. Idem docet in Supplem. q. 34. a. 5. ad 3.*

Ubi bene notat Victoria supra quaest. 230. D. Thomam non omnino id asserere, sed relinquere sub dubio; utique quia non dicit: *Ipsa verba forma ostendunt, sed videntur ostendere*; jam autem ipsa verba formae, bene considerata, non ostendere, quod videntur ostendere, patet ex dictis.

Probat, verba forma non requirere contactum physicum.

Et rursus probatur; quia quod hic principaliter accipitur, non sunt instrumenta illa materialia, sed potestas, quae per illa instrumenta designatur; unde in Ordinatione Sacerdotis non dicitur: *Accipe calicem &c.* sed: *Accipe potestatem offerre &c.* quae potestas nihil reale est, sed aliquid tantum morale; cur ergo non possit accipi, etiam cum effectu, tamen nullus interveniat physicus & realis contactus instrumentorum? Nonne verba Christi

Joan. 20.

Joan. 20. v. 22. *Accipe spiritum sanctum &c.* verissima erant, absque ulla manuum impositione, aut physico contactu instrumentorum?

175.

Sufficit in omni sententia contactus physicus mediatus.

Ceterum, etiam in sententia Adversariorum, sufficit ad valorem Sacerdotii, quod solus calix tangatur, quia hoc ipso, saltem mediate, etiam tangitur patena superposita; similiter vinum in calice, & hostia in patena.

Porro contactum mediatum sufficere, patet ex Pontificali Romano, in quo non praeribitur, nisi contactus calicis & patenae; non autem vini & panis, quae tamen sunt materiae consecrationis, seu oblationis Sacrificii; adeoque potius immediate deberent tangi, quam illa instrumenta, quae ideo porriguntur, quia continent illam materiam.

Consonat usus Ecclesiae Graecae, quae non tangit immediate caput ordinandi, sed mediante pallio, cuius aliquam partem superponit capiti, & super eam ponit manum, ut patet ex Euchologiis. Ipse vidi Romae (inquit Praepositus hic n. 96.) hoc modo quemdam ordinari in Sacerdotem in Collegio Graecorum primâ Dominicâ Quadragesimae anni millesimi sexcentissimi viginti quinti. Ergo similiter tamen in Ecclesia Latina ordinandus non tangeret immediate calicem, sed medio aliquo velo, nihilominus valeret Ordinatio.

176.

Certum est, non requiritur immediatum contactum hostiae.

Hercule non requiritur immediatum contactum hostiae, omnes habent pro indubitato, ita ut nullus Episcopus, etiam doctus & timoratus, repetat Ordinationem ejus, qui scit se hostiam non tetigisse, vel de eo rationabiliter dubitat;

nullus etiam Doctor, consules urget Ordinationem eo casu, etiam sub conditione repeti; ergo à posteriori omnino certum est, contactum hostiae in se non requiri; quia alias Ecclesia in gravissimo errore verlareretur; ex quo gravia scelerigia, saltem materialia, sequerentur, & maxima animarum damna. Unde pertinet ad divinam providentiam eandem Ecclesiam docere, quod physicus contactus hostiae esset necessarius; alioquin illi deesset in praecipuo puncto pratico, pertinente ad Sacramenta. Ita Praepositus supra n. 92.

Qui n. 93. eodem argumento probat, non requiri contactum physicum ipsius patenae. Praeterea, ex eo; quod in Ordinatione Sacerdotis calix & patena per modum unius coelestis instrumenti proponatur; unde tacto calice, censetur sufficienter totum tangere: non quando duo aliqua ita se habent, contactu unius censetur sufficienter tangere, quidquid nobis proponitur, tanquam illi conjunctum. Hinc ille. Ac proinde etiam deberet sufficere tantum ipsum contactus solius patenae.

Nec contra facit (inquit idem Auctor) quod in Pontificali dicatur: *Cupam calicis & patenam simul tangunt*; quia neque his verbis ulla necessitas contactus patenae declaratur, neque ex ullo Concilio, vel sensu Ecclesiae ex potest colligi; immo ex eo, quod Praelati etiam in hoc casu non repetant Ordinationem, sumitur argumentum ad probandum, huiusmodi contactum non requiri. Ita Praepositus.

Ego hoc scio; Praelatos esse sollicitos, ut ordinandi tam calicem, quam patenam tangant. Est quippe ex his verbis praecise nulla necessitas contactus patenae declaratur, cum solam cupam id, quod solet fieri; eundem cum alioquin ceremoniam Ecclesiae, quae solent adhiberi in solemni Sacramentorum administratione, non possint pro libito sine peccato à ministris committi, ut patet ex Tridentino sess. 7. de Sacramentis in genere can. 13. hoc ipso quod contactus calicis & patenae tanquam ceremoniam soleat adhiberi in solemni administratione Sacramenti Ordinis, ut patet ex Pontificali in praxi, satis declaratur ejus necessitas, saltem praecipue Ecclesiastica; adeoque peccaret, qui contactum etiam solius patenae omitteret, nisi iusta causa.

Quod autem Praelati in hoc casu non repetant Ordinationem, dicitur quidem ab illa Auctore, sed mihi non constat; interim potest, quod non deberent repetere, quia Ordinationis facta, moraliter certo est valida, ita ut oppositum non sit probabile.

Quid ergo, inquis, si Episcopus aliquis quempiam Ordinibus majoribus insignire tentaret, non porrigendo sacra instrumenta propriis manibus; sed jubendo, ut aliquis porrigeret, vel ut ipse ordinandas per se de manibus sumeret? Hæc Ordinatio (inquit Averl.)

Sect. 2. De Materia & Forma Ordinat. Concl. 7. 555

q. 2. sect. 2. §. *Solum videri potest*) reputaretur satis dubia; & sub conditione iteranda.

Quod si quis hinc deducat; similiter in minoribus Ordinibus ex determinatione Ecclesie requiri, etiam ad valorem, hunc modum traditionis, & in prioribus quidem tribus fuisse jam antea id requisitum; in Acolythatu vero post similem determinationem Ecclesie in novo Pontificali; opera pretium non erit multum refragari. Et omnino de obligatione precepti asserendum est id requiri. Hæc ille.

Sed ego, ut verum fatear, non magnam video disparitatem inter utrumque casum; nam ex jure divino, ut admittit etiam Aversa, non magis requiritur, ut porrectio fiat manibus ipsius Episcopi, quam ut ordinandus tangat patenam. Præterea, in Pontificali Romano utrumque præscribitur eadem formâ verborum, & praxis utrumque æqualiter observat; non video ergo, quæ sit disparitas, nisi quod porrectio teneat se ex parte ministri Sacramenti; contactus vero patenæ ex parte ordinandi. An autem hæc disparitas sit sufficiens, relinquo judicio doctorum.

179. Vasquez putat id esse necessarium ex jure divino, & probat exemplo Baptismi.

Respon. Aversa.

Vasquez disp. 237. c. 2. n. 23. putat ex jure divino esse necessarium, ut instrumenta ab eodem Ordinate porrigantur, & probat exemplo Baptismi, in quo ille, qui applicat materiam, id est, qui infundit aquam, debet proferte formam. Et idem videri potest in Sacramento Confirmationis, & Extreme Unctionis.

Respondet Aversa supra §. *Ad exemplum*; discrimen est inter hoc, & alia Sacramenta; quia in hoc non fuit determinata à Christo traditio instrumentorum per manus Ordinantis: sicut in aliis instituta fuit ablutio, & unctio, per manus ejusdem ministri, conferentis Sacramentum. Et quia in hac re, instrumentorum traditio se habet, tamquam moralis collatio talis officii, & in ejus possessionem immissio; quæ satis est, si humano modo fiat, quamvis non physicè per manus ejusdem conferentis.

Neque verò ille alius mediator, qui sacra instrumenta porrigit, participat per se rationem hujus ministerii; sed adhuc in ejus actu Ordinans habet adæquatam rationem totalis ministri, quia ipse jubet, ut alius instrumenta porrigat, & ipse moraliter dicitur tradere: ut pro Acolythatus Ordine notavit optimè sanctus Thomas. Et, ut dicebamus, perinde se habet, sacra instrumenta per manus alterius porrigi, ac si jussu Episcopi idem ordinandus ea de mensa sumeret. Ita Aversa, Equidem satis bene.

180. An bene Aversa probet necessitatem contactus physici exemplo Baptismi.

Hoc tamen miror, quod §. *Et hac sententia*, eadem secl. exemplo Baptismi, & aliorum Sacramentorum probare contendat, contactum physicum instrumentorum esse necessarium, non quidem ex jure divino, sed ex determinatione Ecclesie. Nam si illud exemplum aliquid probaret, orique probaret institutionem divinam, cum ex hac institutione materia physicè debeat

contingere corpus ejus, cui illa Sacramenta conferuntur.

Deinde, si traditio instrumentorum tantum se habeat, tamquam moralis collatio talis officii, videtur consequenter dicendum, *ly Accipe*, in forma Ordinis tantum significare moralem collationem; cur ergo non sufficiat moralis contactus, attentâ præcisâ significatione illius vocis? Quomodo ergo idem Auctor ibidem §. *Tum demum*, rectè probat necessitatem contactus physici ex significatione illius verbi?

Adde, quod docet §. *Non per hoc*: Non est (inquit) ita necessarius immediatus contactus, sicut aquæ in Baptismo, unguenti in Confirmatione, & olei in Extreme Unctione; sed sufficeret actus moralis possessionis, sicut in aliis rebus moralibus. Subsumo ego; atqui ad actum moralis possessionis in aliis rebus moralibus, non requiritur contactus physicus, nequidem immediatus; quomodo ergo exemplo illorum Sacramentorum, scitè probat hic Auctor necessitatem contactus physici, vel saltem mediati, instrumentorum in hoc Sacramento?

Dices cum præfato Auctore, quamvis verificaretur significatum illorum verborum in Baptismo; *Ego te abluo*, infundendo vinum aut aquam rosaceam; tamen per se ex ritu ipso Sacramenti habemus, requiri pro materia veram aquam naturalem. Et in hoc ipso Ordinis Sacramento utique verificari possent illa verba, *Accipe Spiritum sanctum*, absque contactu & impositione manuum, prout de facto Christus illa dixit: sed tamen Vasquez negare non potest, verè requiri contactum & impositionem manuum simul cum illis verbis. Quare non ob solam illam rationem ex rigore verbi desumptam, sed ob alias etiam adductas, sufficienter ostendebatur necessitas hujus contactus.

Deinde in illo ipso modo dicendi; *Accipe librum*; *Accipe potestatem*, considerari debet ex instituto Ecclesie talis significatio, quæ denotetur realis quædam acceptio sive contactus ex parte ejus, cui sacra instrumenta porriguntur. Et in hoc quidem sensu illa verba intelligunt sanctus Thomas, aliique magis communiter; ideoque eâ ratione utuntur. Nec propterea oportet plenis manibus comprehendere & contingere ipsa instrumenta; sed satis est extremis digitis contingere. Immo qualiter hoc verificetur, etiam in Ordinatione infantis, dicemus quæstione sequenti sect. 5. circa eos, qui suscipiunt Ordines. Hucusque Aversa.

Verùm illâ sectione §. nihil aliud ad propositum istud lego, quam hæc verba: Forma Ordinationis dirigitur ad susipientem; non quasi hic debeat omnino audire ac percipere, consentire & cooperari; sed quia debet accipere potestatem, quæ ei confertur, quod fit per ipsam collationem potestatis, sicut si diceretur *Do tibi potestatem*, ut etiam in aliis dicitur: *Baptizo te*; *Confirmo te*. Nec item ad valorem requiri

181. Obiectio est Aversa.

182. Resp. Aversa.

quiritur humana actio tangendi & accipiendi instrumenta ex parte suscipientis Ordines, sed sufficit materialis & naturalis contactus. Et hic quidem dici potest ac debet requiri, quamvis non per modum humanæ actionis, quantum scilicet ad applicationem necessariam materiæ & ritum substantialem Ordinis, ut antea dicebamus. Hæc ille.

Sed petit principium; hoc enim est quod queritur; quare cum non requiratur ad valorem humana actio tangendi & accipiendi instrumenta; quare, inquam, requiratur materialis & realis contactus, & non sufficiat realis porrectio seu assignatio instrumentorum.

183.
Disparitas
inter Bapti-
smum &
Ordinem.
Joan. 3.

Profectò, quod in Sacramento Baptismi, est forma posset verificari infundendo vinum; equidem requiratur ad valorem aqua, aliunde habemus, quam ex Pontificali Romano, scilicet ex Scriptura Ioan. 3. v. 5. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto*; & Concilio Florentino & Tridentino, & universali praxi totius Ecclesiæ tam Græcæ, quam Latinæ.

Jam autem contactus physicus nec ex Scriptura probatur necessarius, nec ex aliquo Concilio, sed solum ex Pontificali Romano & praxi, in quo tamen Pontificali aliqua præscribuntur solum necessaria ex præcepto, quæ etiam in praxi observanda sunt, & observantur, ut patet in contactu immediato patenæ.

Quantum ad impositionem manuum, illa exprimitur in Scriptura; & sicut ante dixi, vera impositio manuum non est aliud, quam physicus contactus, saltem mediatus. At verò porrectio instrumentorum vel assignatio, quæ solum requiritur à Florentino, fieri potest, ut nimis clarum est, absque ullo contactu physico immediato, vel mediato. Et hæc tunc de materia Ordinationis.

184.
Diversa est
forma Or-
dinationis
in Ecclesia
Latina &
Græca.

Sequitur forma, quæ & ipsa diversa est in Ecclesia Latina & Græca, ut patet ex dictis. Forma Sacerdotii in Ecclesia Latina: *Accipe potestatem offerre &c. Accipe Spiritum sanctum &c.* & sic de aliis Ordinibus respectivè ad singulorum munera; in Ecclesia autem Græca: *Divina gratia &c.*

Circa quas formas duplex occurrit difficultas, hic breviter expedienda. Prima, an valeat forma Græcorum in Ecclesia Latina, si adjungeretur traditioni instrumentorum; & vice versâ, forma Latinorum in Ecclesia Græca, si adjungeretur impositioni manuum. Secunda; an forma debeat physicè coexistere, saltem ex parte, impositioni manuum, aut traditioni instrumentorum.

185.
An Latini
possint vali-
dè ordinari
formâ Græ-
corum, &
Græci formâ
Latinorum.
Aversa.

Ad primam difficultatem respondet Aversa q. 2. sect. 2. §. *Iam ex parte*, verba, apud Latinos præscripta, ita esse necessaria, ut ii non possent validè ordinari formâ Græcorum. Apud nos enim explicatur in specie potestas & ministerium Ordinis, videlicet in Diaconatu ad legendum Evangelium, in Sacerdotio ad

offerendum Sacrificium, & ad remittenda peccata; sed apud Græcos solum implicite dicitur, hunc constitui Diaconum, Presbyterum. Unde certè non conferetur inter nos validè ordinatus is cui Episcopus ordinans sic implicite dicitur, *Constituo te Diaconum, Presbyterum*. Non tenentur enim ita necessaria inter Græcos eorum forma, quò minus possent validè ordinari ritu Latino; siquidem nostro ritu magis explicite dicitur, id, quod apud Græcos implicite, nempe conferendo potestatem ad tale ministerium. Hæc ille.

Sed contrà; Ecclesia Græca non solum implicite, sed maxime explicite dicit: *Constituo te Diaconum, Presbyterum*, ut patet ex forma præ assignata, quamvis in eo implicite dicatur: *Do tibi potestatem legendi Evangelium, sacrificandi*. Et credo, id solum intendisse Averlam.

Nec video, cur minus valeat forma Græcorum inter Latinos, quam forma Latinorum inter Græcos; vel enim æquivalent illæ formæ, vel non; si primum, liquet, etiam inter Latinos valere formam Græcorum; nam, ut illud docet præfatus Auctor, sufficienter ad substantiam Sacramenti verba æquivalentia, quæ eundem sensum reddant, utpotè si pro eo, quod apud nos dicitur: *Accipe potestatem, dicens Ordinator: Accipe facultatem, vel; Do tibi facultatem; Do tibi liberum, & sic de similibus.*

Sin autem non æquivalent, cur valeat forma Latina inter Græcos? Nam ad substantiam Sacramenti requiruntur verba æquivalentia. Vel ergo explicita significatio æquivalent implicite, & è contra, vel non; si primum, etiam forma Græcorum inter Latinos valet; si secundum, detur ratio, quare potius explicita valeat implicite; quàm implicita æquivalent explicitæ, cum implicita eundem sensum reddat.

Si dixeris; Ecclesia Latina determinat explicitam significationem verborum, live verba explicitè significantia; sicuti determinat explicitam significationem rerum, seu res explicitè significantes.

Respondeo; Ecclesia Græca determinat implicitam significationem verborum, seu res implicitè significantia; sicuti determinat implicitam significationem rerum, seu res implicitè significantes. Si autem Christus reliquit liberum Ecclesiæ, hanc vel illam rem adhibere, hæc vel illa verba, ad significandam potestatem, quæ conferetur; cur potius valeat materia & forma Latinorum in Ecclesia Græca, quàm materia & forma Græcorum in Ecclesia Latina?

Fateor, Ecclesia Latina primas tenet, sed indè tantum sequitur, quod Ecclesia Græca possit assumere materiam & formam Ordinationis, ab ea præscriptam; quousque autem non assumptis, & Ecclesia Latina permittit et distinctam materiam & formam, ex quo constituitur quòd valeat Ordinatio, si quisquam Episcopus

Quilibet ex præcepto debet sequi proprium Pontificale.

188. An hic materia & forma debeant simul physice coexistere? Affirmat Cajetanus, & probat.

particularis utatur materia & forma Ecclesie Latina? Ut sit de valore, quilibet in ordinando debet ex præcepto sequi proprium Pontificale: unde qui immutaret usum & ritum suæ Ecclesie, estò validè ordinaret, nihilominus pro gravitate rei aut mutationis graviter peccaret. Ad secundam difficultatem, supra propositam, respondet Cajetanus tom. 1. Opusculi tract. 26. esse de necessitate hujus Sacramenti, simul physice coexistere contactum (seu porrectionem in alia sententia) instrumentorum, & prolationem verborum, saltem ex parte, si non ex toto. Quoniam, inquit, nulla oratio verificatur, aut adimpletur, nisi significatum ponatur in tempore consignificatio. Tempus autem consignificatum per orationem, quæ est forma Sacramenti, non se extendit extrà totum tempus prolationis ejus; ergo intrà tempus prolationis verborum oportet acceptionem significati impleri.

Minorem probat; quia inter *ly Accipis*, & *ly Accipe*, neque in significato, neque in tempore est differentia aliqua, sed in modo tantum: dicendo vero, *Accipe*, acceptionem præsentem tibi impero: illa porò non extenditur ultra tempus prolationis verborum, ut probatur ex ipsa ratione temporis significati, quod dicitur præsens, præteritum, vel futurum in respectu ad tempus, quo verbum ipsum significans profertur; quilibet enim fatetur se falsum dicere, si dicendo, *Credo*, non habeat in se credulitatem, quando hoc dicit. Et similiter si dicendo, *Credidi*, scit se nunquam nisi tunc, quando dicit, habuisse credulitatem, falsum dicit. Et verba igitur præsentis temporis significant actum coexistentem ipsis verbis, quando dicuntur, & præterita præteritum, & futura futurum.

189. Confirmat primò.

Confirmatur primò; quia sicut in Eucharistie consecratione cum dicitur: *Hoc est corpus meum*, *ly Est* non consignificat tempus extra prolationem verborum, ita in Sacramento Ordinis, cum dicitur: *Accipe*, non consignificat tempus extra mensuram prolationis verborum, utrobique enim est verbum præsentis temporis, & non differunt nisi in modo, indicativo scilicet & imperativo. Mensura autem non ex parte modi, sed temporis se tenet, & propterea eadem utrobique est ratio. Et ex hoc habes, non solum, quòd ex proprietate verbi se tenet; sed quòd talis rigorosa proprietas in Sacramenti Ecclesiastici servatur, intenditur & exigitur, idem enim esse de omnibus judicium debet.

Confirmatur secundò; quia nisi tempus præsens-consignificatum intelligatur præcisè terminari cum prolatione verborum, nulla esset certitudo, quantum hoc præsens duraret, & sic posset aliquis semel dicendo: *Ego vos baptizo* &c. decem millibus hominum, & per totum diem effundere aquam super singulos, & essent baptizati, quod constat esse falsum. Ita Cajetanus, sed nimis scrupulose.

Unde alii communiter docent, sufficere conjunctionem seu simultaneitatem moralein, de qua egimus Disp. 1. Sect. 3. Concl. 3. Videatur ibi disparitas inter Eucharistiam & alia Sacramenta. Similiter distantia physica, quæ potest esse inter applicationem materiæ & prolationem formæ in aliis Sacramentis. Certè nimia esset distantia unius diei, imò unius horæ inter materiam & formam Baptismi, item Confirmationis, & Extreme Unctionis, ut cuiuslibet prudenti apparet; quæ tamen distantia, imò & major, non esset nimia inter Confessionem & Absolutionem inter consensum unius conjugis & alterius.

Cum autem hæc verba: *Accipe potestatem* &c. æquivalent illis: *Do tibi potestatem*, & in aliis donationibus sufficiat acceptatio non adeò propinqua, fortè & in hac donatione Sacramentali ad valorem sufficeret; interim nihil definitio sed totum relinquo prudenti judicio; hoc solum dico, omnino observandum esse Pontificale & usum Romanæ Ecclesie, scilicet ut non omnibus simul dicantur verba Formæ, sed singulis successivè dum tangunt instrumenta (nisi fortè omnes simul tangerent) quidquid olim aliter factum fuerit in Ordinatione Subdiaconi.

190. Resp. ad argum. Cajetani.

Ex his patet responsio ad Argumentum Cajetani; videlicet in compositis moralibus non esse attendendam conjunctionem physicam & mathematicam, sed moralein; adeoque significationem formæ determinari & referri ad tempus moralein præsens, juxta naturam ipsius actionis, quæ significatur; & ita salvatur veritas seu efficacia orationis imperativi præsentis temporis, tamen in illo tempore physice præsentis non fiat, quod imperatur, dummodo fiat in tempore moralein præsentis; quippe nihil aliud exigit natura Sacramenti.

Atque hanc responsionem pono pro limite hujus Conclusionis & Sectionis, in sequentibus acturus de legitimo Ministro, & Sulcipiente. Et primùm quidem de Ministro tamquam digniori, pro quo instituitur